



# Miscellanea critica

<https://hdl.handle.net/1874/242512>


# MISCELLANEA CRITICA.


---

DISSERTATIO LITERARIA,

SCRIPSIT

ss.  
cht  
y







MISCELLANEA CRITICA.

LUGD.-BAT.: TYPIS L. VAN NIFTERIK HZ.

*Dissertatio Litteraria anno 1829*

# MISCELLANEA CRITICA.

DISSERTATIO LITERARIA,

QUAM

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

JACOBI ANTONII FRUIN,

JUR. ROM. ET IUD. DOCT. ET IN FACULTATE JURIDICA PROF. ORD.,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET  
LITERARUM HUMANIORUM DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM HU-  
MANIORUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTET

Henricus Philippus Meijer,

AMSTELODAMENSIS,


DIE VIII MENSIS IULII A. MDCCCLXXIX, HORA I.



AMSTELODAMI,

APUD IPENBUUR & VAN SELDAM.

MDCCCLXXIX.



In Aeschyli Agamemnone<sup>1)</sup> Clytaemnestra Chorum certiorum facit Troiam captam esse ab Argivis. Quod factum esse cum ille vix credere possit Clytaemnestram variis modis rogat habeatne certum rei indicium. Clytaemnestra respondet Deum sibi rem aperuisse, quem Deum Vulcanum esse appetet e vs. 281

"Ηφαιστος" Ιδης λαμπρὸν ἐκπέμπων σέλας.

Quod responsum quo valeat cum non intelligat Chorus rogat somniumne Clytaemnestrae rem aperuerit. Negantem se somnio fidem habituram fuisse rogat Chorus vs. 266

ἀλλ' οὐ σ' ἐπίχνεν τις ἀπτερος φάτις;

igitur te gaudio affecit rumor non alatus?

Quid sit illa ἀπτερος φάτις intelligere non possum. Si esset φάτις, omisso vocabulo ἀπτερος, nullae molestiae essent. Rob. Engerus ad hunc locum annotat: „ἀπτερος φάτις ist

---

<sup>1)</sup> Secutus sum Guilelmi Dindorfii editionem Poetarum Scenicorum Graecorum quae prodiit Lipsiae MDCCCLXVIII.

verdorben, denn das sich verbreitende Gerücht ist eben als solches geflügelt und nicht flügellos." Cui plane assentior.

"Απτερος vocatur is, qui alas non habet; dicitur de avibus, ut in Eur. Iphig. Taur. vs. 1095, ubi Chorus, querens quod sibi redire in patriam non licet, dicit:

(ἀλκύων) . . . .  
ἔγώ σοι παραβάλλομαι θρηνοῦσ' ἀπτερος ὄρνις<sup>1</sup>),

Lamentans tecum me comparo, ales sine alis,  
et de verbis, ut Odyss. XVII. 57

ώς ἄρ' ἐφώνησεν, τῇ δ' ἀπτερος ἐπλετο μῆθος.

Lexica, locum ex Agamemnone petitum memorantes, vertunt: „noch nicht begründetes” vel „mit Flügelschnelligkeit” perhibentque, ut demonstrent hanc vim vocabulo esse, duo vocabula ἀπτερος esse, unum compositum cum α quod privatum dicitur, alterum cum α quod intensivum vocant. Apparet tamen ex locis quos supra memoravi antiquos vocabulo non ita usos esse ut sit „bonis alis munitus,” licet a sequioribus eo sensu usurpatum esse possit. Si tamen significaret „mit Flügelschnelligkeit” optime omnia se haberent. Quod facile fieri potest si cum Aldina mutamus ἀπτερος in εὔπτερος, quod legitur apud Sophoclem, Oed. Reg. vs. 175, ubi Chorus ait:

ἄλλον δ' ἀν ἄλλῳ προσίδοις ἀπερ εὔπτερον ὄρνιν<sup>2</sup>)  
κρεῖσσον ἀμακιμακέτου πυρὸς ὄρμενον  
ἀκτὰν πρὸς ἐσπέρον θεοῦ.

<sup>1)</sup> θρηνοῦσ' scripsi cum Reiskio.

<sup>2)</sup> Cum Dobraeo legere malim: ἄλλη.

Alium aliter videoas, bene alatae avis instar, indefesso igni ocius ruentem ad litus cett.. Si quis autem audacius mutatum esse putat, meminerit in antiquis codicibus, cum litera ε cum sequenti υ coniungatur, nihil fere interesse inter α et ευ, unde εύμορφος mutetur in ἀμορφος, ἀξύνετος in εὐξύνετος. Cf. Cob. Varr. Lectt. pg. 120, 15, 385.

Est aliis locus ubi vocabulum ἀπτέρος legimus, Aesch. Eum. vs. 250, ubi Chorus Erinyum dicit se persequi maleficos:

χθονὸς γὰρ πᾶς πεποίμανται τόπος  
ὑπέρ τε πόντον ἀπτέροις πωτήμασιν  
ἥλθον διώκουσ', οὐδὲν ὑστέρα νεώς.

Dicit igitur Chorus se persequentem venisse super mare, volatu non alato. Explicatur quidem hic locus ita ut dicantur vocabula ἀπτέροις πωτήμασιν adverbialiter posita esse et significare: more volantium, quamquam alas non habemus. Fac tamen vocabulum πωτήμασιν adverbii loco positum esse, adiectivi, quod ei additur, sensus non potest esse plane contrarius notioni quae vocabulo πωτήμασιν est. Si igitur ἀπτέροις mutamus in εύπτέροις adiectivum habebit vim quae requiritur; cui rei non obstat Aeschylum alis munitas Furias non depingere, si tenemus totam locutionem tropice dictam esse.

Alio quoque modo difficultatem vitare possumus. Homo, quamquam alis non est praeditus, dici tamen potest volare, ut hic ναῦς. Itaque si legeremus

ὑπέρ τε πόντον ἀπτέρος πωτήμασιν

exquisite dictum esset: quamquam in alata sum, tamen cum alitis celeritate cett..

In Sophoclis Antigone (vs. 1301 sqq.) Creontem certiorem facit nuntius uxorem eius ipsam se interfecisse his verbis:

ἢ δ' ὁξύθυκτος ἦδε βαμίχ πέριξ

λύει κελαινὰ βλέφαρα,

quae Scholiasta explicat adscribendo haec: λύει κελαινὰ· ἀπόλλυται, quem sensum verba sine dubio habent.

In editione Schneidewiniana legimus ad hunc locum: „λύειν βλέφαρα bezeichnet durchgängig ‘die Augen öffnen’, was von der sterbenden Eurydice völlig unpassend ist. Darum wollen einige das Verbum λύειν hier in entgegengesetztem Sinne fassen. Ein solcher Missbrauch der Sprache müsste erst erwiesen werden, um als glaublich zu erscheinen. Wieseler möchte μύει oder κλήει schreiben.“

Λύειν est solvere; dicitur de variis rebus quae solvi possunt, quales sunt ἴμάς, πρυμνήσια, ζωστήρ, πέπλος, θώραξ; tropice λύεσθαι dicuntur ἀγορά, ἀγών, νεῖκος, ἀπορία, πόλεμος, μελεδήματα. Adduntur praeterea vocabula γυῖα, γούνατα, βίη, μένος, ψυχή, ἄψεα, γυίων ῥώμη. Λύειν τὰ βλέφαρα igitur nihil aliud esse potest nisi solvere τὰ βλέφαρα.

Βλέφαρα autem non sunt oculi sed palpebrae, ut Od.  
XIII. 338

οἱ δὲ ἄρα μοι γλυκὺν ὅπνου ἐπὶ βλεφάροισιν ἔχευσαν.

Aesch. Sept. vs. 3

λέγειν τὰ καιρία

..... βλέφαρα μὴ κοιμῶν ὅπνῳ

Aesch. Agam. vs. 15

Φόβος γὰρ ἀνθ' ὅπνου παραστατεῖ

τὸ μὴ βεβαίως βλέφαρα συμβολεῖν ὅπνῳ,

ubi Dativus non est Dativus instrumenti sed pendet a praep. σὺν in verbo *συμβαλεῖν* ita ut sit: palpebras cum somno conferre. Συμβολή illa igitur efficit ut oculi claudantur. Λύειν τὰ βλέφαρα est igitur solvere palpebras. Quando palpebrae solvuntur descendunt. Mors solvit, demittit palpebras. Itaque qui ipse mortem sibi dat, solvit palpebras suas; quibus solutis, quem ad modum in somno, oculi clausi sunt.

Palpebras (quae sunt quasi oculorum foriculae) claudere, Graece dici τὰ βλέφαρα κλήσιν docet Pollux VII. 193 Τὸ δὲ τῶν καπήλων ἐργαστήριον καπηλεῖον εἰρήκασιν οἱ καμψόδιδάσκαλοι, καὶ τὸ καμψόσύμενον ἐν Σοφοκλέους Φίνετ·

*Βλέφαρα κέκληται γ', ὡς καπηλείου θύραι.*

Quod idem coniecit μύειν ferri quoque potest. Μύειν enim transitive et intransitive usurpatur et exquisite dicitur de oculis et de labris, subintellecto τὰ βλέφαρα, τὰ χεῖλη, τὸ στόμα. Proprie igitur est transitivum. Si vertimus per verbum vernaculum intransitivum, Graece intelligitur pronomen reflexivum, quem ad modum in verbo *καθίζειν* all., ut Il. XXIV. 420

*σὺν δ' ἔλκεα πάντα μέμικεν.*

Soph. Ant. vs. 421

*μύταντες δ' εἴχομεν θείαν νόσον.*

Aristoph. Nubb. vs. 255

*κάθιζε τοῖνυν ἐπὶ τὸν ἱερὸν σκίμποδα.*

Licet igitur κλήσι vel μύει ferri possit, praetulerim tamen locum illo modo interpretari quo conatus sum, quam conjecturis eum tentare.

In cognomini fabula Oedipus Rex Tiresiam vatem ad se arcessit et ab eo petit ut pronuntiet quae de Laii caede

novit; quod cum obstinate ille recuset, Rex dicit se suspicari illum caedis auctorem fuisse; ira incensus aperte deinde declarat vates regionis pollutorem esse ipsum Oedipum. Cum rex aegre illa ferens, eum impellat ut iterum illud dicat, Tiresias haec loquitur (vs. 360):

*οὐχὶ συνῆκας πρόσθεν; ἢ ἐκπειρᾶ λέγειν;*

Quaeritur quem sensum habeant verba *ἢ ἐκπειρᾶ λέγειν*;

Ad hunc versum V. Cl. van Herwerden in Ed. Maiore Oed. R. annotat haec: „Si vera est Brunckiana coniectura correcta ut in var. lect. significavi, verbo *ἐκπειράσθαι* poeta usus est eodem sensu, quo Aristophanes Eq. 1234 *καὶ του τοτοῦτο πρῶτον ἐκπειράστομαι*. Ad *πρὸς τί* cf. vs. 766 et Aiac. v. 40.” In varia lectione autem haec sunt: *ξυνῆκας*, ξ ab alia m. ant. Delevi in fine vs. *λέγειν*, errore repetitum e. v. 358. Brunckius coniecit: *οὐχὶ συνῆκας; πρὸς τί μ' ἐκπειρᾶ πάλιν;* Debuerat certe *μούκπειρᾶ πάλιν*;”

“Η πέρω λέγω coniecit F. W. Schmidt (de Ubert. Orat. Soph. II. p. 4), *ἢ ἐκπειρᾶ μ' ἐλεῖν* Arndt (Beitr. zur Kr. des Soph. Text. p. 18). In Brunckiana annotatione ad hunc locum inter plura sunt haec: „In D. εἰς πεῖραν λόγων προτρέπη. In hoc codice legisse videtur λόγων nescio quis olim, qui margini adscripsit λέγειν;”

Itaque cum vocabulum *λόγος*, Genitivo casu positum, iam in codice sit, versus fortasse sic est legendus

*οὐχὶ συνῆκας; πρὸς τί μούκπειρᾶ λόγοις;*

Non intellexisti? cur me tentas verbis?

Suscipitur tamen Oedipus falsa sibi nuntiavisse Tiresiam, corruptum a Creonte, qui regni cupidus sit. Quod cum hic

audivit e Choro quaerit num sana mente et orationis suae sibi conscius Rex illa pronuntiaverit. Advenit ille et graviter ut insidiatorem increpat Creontem, qui longiore oratione probare conatur sibi regnum nihil commodi molestiarum multum allaturum esse, se honore contentum esse quo a civibus afficitur, nec se regiae potestatis avidum esse. Postquam vs. 600 dixit

*οὐκ ἀν κακὸς γένοιτο νοῦς καλῶς Φρονῶν*<sup>1)</sup>.

sic pergit:

*ἀλλ' οὔτ' ἐραστὴς τῆσδε τῆς γνώμης ἔφυν,  
οὔτ' ἀν μετ' ἄλλου δρῶντος ἀν τλαίην ποτέ.*

In editionis quam modo memoravi varia lectione haec legimus: „intelligerem sic scriptos: ἀλλ' οὔτ' ἐραστὴς σῆς ἔφυν τυραννίδος οὔτ' ἀν μετ' ἄλλου ῥῶντος (i. e. ἐρῶντος) ἀν σταίην ποτέ. vel, ut coniecit Heimsoethius: ἀλλ' οὔτε ληστὴς τῆσδε σῆς ἀρχῆς ἔφυν οὔτ' — δρᾶν τόδ' — ποτέ.” Ex annotationibus ad hos versus discimus gravissimum vulnus iis sine dubio inflictum esse et cum variis emendationibus comparari posse vs. 535, Herod. III. 53, Eurip. H. F. vs. 65 et 66, Eurip. Rhes. 166, Eurip. fr. 846, Eur. Hel. vs. 889. Obiter liceat mihi suspicari

*ἀλλ' οὔτ' ἐραστὴς τῆσδε σῆς ἀρχῆς ἔφυν,  
οὔτ' ἀν μετ' ἄλλου ῥῶντος ἀν σταίην ποτέ.*

Soph. Phil. vs. 758 et 759 multum lamentatus Philoctetes, morbi impetu gravis vexatus, orat Neoptolemum ne in insula se relinquat. Tum haec dicit:

<sup>1)</sup> Vid. Soph. Oed. R. ed. H. van Herwerden in ann. ad. h. vs.

ἷκει γὰρ αὕτη διὰ χρόνου, πλάνοις ἵσοις  
ώς ἐξεπλήσθη.

quibus respondet Neoptolemus ἡ, ἡ δύστηνε σὺ cett..

Venit enim hic morbus post intervallum, aequilibus erroribus cett..

Habet versus alter suspectum hiatum ἐξεπλήσθη ἡ, qui tollitur Elmsleii coniectura ἐξέπλησ'. Quid vero in contextu significet ὡς ἐξεπλήσθη vel ὡς ἐξέπλησ' neminem facile explicaturum esse puto. Sensus fortasse est hic: noli dubitare me in navem tuam recipere, nam non semper tali malo opprimor sed post intervallum aliquod redit morbus. Quem sensum ut verba habeant varii docti homines varia coniecerunt, e.g.

*πλανωμένη*

*ταχέως δ' ἐπλήσθη*

et

*νῦν δ' ἐξεπλήσθη*

(Nauck.)

*πλάνοις νόσος*

*ώς ἐξεπλήσθη.*

(Schmidt)

in quibus restat hiatus. Quibus consideratis liceat mihi proponere

ἷκει γὰρ αὕτη διὰ χρόνου πλάνοις νόσος  
ἔστ' ἐκπέπληστ'

Quod si legimus tollitur hiatus et sensus est: (non semper morbi gravitate premor) venit (redit) enim hic morbus post intervallum donec satiatus sit.

Facile autem fieri potuit ut propter praegressum πλάνοις νόσος in ἵσοις et ἔστ' ἐκπέπληστ' in ὡς ἐξεπλήσθη mutaretur. Morbos saepe induci quasi personae sint multi loci testantur, v. c. Soph. Phil. vs. 787, 788, 743, 808. Cf. Hesiod. Op. vs. 102.

In Eurip. Iph. Taur. Orestae pollicetur Deae sacerdos se eum servaturum esse ea condicione ut a se literas Argos perferat ad amicos. Addit literas illas scriptas esse a captivo quodam, qui, Diana non sacerdotis iussu se imperfectum iri arbitratus, caedem sacerdoti non imputaverit; se autem neminem adhuc invenisse qui Argis profectus illas literas eo perferre posset. Quibus dictis sic pergit (vs. 591):

σὺ δ', εἰ γάρ, ὡς ἔσικας, οὔτε δυσγενῆς  
καὶ τὰς Μυκήνας οἰσθα χοῦς καγὼ θέλω,  
σύθητ' ἐκεῖσε<sup>1)</sup>), μισθὸν οὐκ αἰσχρὸν λαβῶν  
κούφων ἔκατι γραιμάτων σωτηρίαν.

Quorum versuum cum primum inspicimus patet *σύ* subiectum esse verbi *σύθητ'*, particulam autem *εἰ* iungi debere cum *οἰσθα*; vocabulum *δυσγενῆς* verbo caret, nam si appositum esset subiecti *σύ*, sine dubio additum esset *ἄν*. Illa difficultas solvitur scribendo

σὺ δ', εἰ γάρ, ὡς ἔσικας, οὔτε δυσγενῆς cett..

Difficile dictu est quid sacerdotis interesset utrum Orestes nobili genere natus esset an *δυσγενῆς*, ignobilis. Quod vocabulum si de Orestae animo dictum esse accipiamus non magis intelligitur; nam hoc loco nihil refert utrum eius animus nobilis an ignobilis sit, id agitur utrum sacerdoti iratus sit necne. Itaque ne iratus ea quae rogaverit perficere neget me-

<sup>1)</sup> *σύθητ'* mutavi in *σύθητ'* monente V. Cl. van Herwerden in ann. ad Oed. R. vs. 1457.

morat etiam captivum illum qui literas scripsit sibi infensum non fuisse. Quod ut vs. 591 significetur cum codice P. legere malim

*σὺ δ', εἰ γάρ, ὡς ζοικεῖ, οὔτε δυσμενῆς*

In eadem fabula additamentum vitiasse mihi videtur vs. 1299

*μέτεστι χύμην τῶν πεπραγμένων μέρος.*

Haec verba Choro dicit nuntius, qui venit Thoantem regem certiorem facturus Dianaे sacerdotis dolo adiutos captivos aufugere Deae simulacrum secum ferentes. Chorus cum regem quam diutissime earum rerum quae factae sunt ignarum esse velit nuntio narrat regem abiisse nec se scire ubi sit; imperat ei ut regem sequatur, eo autem loco quo in itinere cum Thoante congressus erit rem cum rege communicandi opportunitatem fore.

Chori verbis fidem non habens nuntius exclamat: Videte quam perfidum sit genus muliebre; etiam vos participes estis earum rerum quae factae sunt.

Verbum *μέτειρι* apud Homerum cum Dativo coniungitur et significat interesse, ut Od. XV. 251

*ἀλλ' ἦτοι Κλεῖτον χρυσόθρονος ἥρπαστεν Ἡώς  
κάλλεος εἶνεν κὸι οὐδὲντοισι μετεῖη.*

Apud Atticos scriptores impersonaliter, ut dicunt, plerumque usurpatur et iungitur cum Genitivo significans partipem esse, ut Soph. Oed. R. vs. 630

*κάροι πόλεως μέτεστιν, οὐχὶ σοὶ μόνῳ.*

et Xen. Anab. III. 1 § 20 διπότ' ἐνθυμοίμην ὅτι τῶν μὲν  
ἀγαθῶν πάντων οὐδενὸς ἥμην μετεῖη,

Aesch. Eum. vs. 575

*τί τοῦδε σοὶ μέτεστι πράγματος; λέγε.*

Quid haec res ad te? Loquere.

et in prosa oratione Thuc. II. 37 § 1 μέτεστι δὲ κατὰ τὸν νόμους πρὸς τὰ ἴδια διάφορα πᾶσι τὸ Ίσον, et Xen. Hier. 4 § 2 τοῦ πιστῶς πρὸς τινας ἔχειν ἐλάχιστον μέτεστι τυράννῳ. Cf. Arist.

Avv. vs. 1666

*ἔμοὶ δ' ᾧρ, οὐδὲν τῶν πατρῶν χρημάτων  
μέτεστιν;*

Subiectum autem semper est, etiam ubi non additur, vocabulum *μέρος* unde pendet Genitivus, quem ad modum verbi *μετέχειν* obiectum est *μέρος*. Plerumque tamen, quod loci quos attuli probant, *μέρος* non additur, quam ob rem hoc quoque loco interpretamentum esse suspicor, quo scilicet sensus magis perspicuus fiat. Quare recipienda mihi videtur Nauckii emendatio

*μέτεστι χύμην τῶνδε τῶν πεπραγμένων.*

quibus conferri possunt Medeae verba in cognomini Tragoedia  
vs. 886

*ἢ χρῆν μετεῖναι τῶνδε τῶν βουλευμάτων.*

Missis iam poetis liceat mihi quaedam disserere de locis non nullis, e Thucydide et e Xenophontis Hellenicis petitis. In quibus saepissime emblemata reperisse mihi visus sum; quod eo minus mirabar cum semper ante oculos obversarentur ea quae legimus apud V. Cl. Cob., Novv. Lectt. pg. 306: „Emble

mata et additamenta et glossemata in omnibus omnium libris sunt, suntque pervetusta nullo non codice longe longeque antiquiora, in quibus sunt quaedam tam manifesta ut nemo dubitare possit..... In Herodoto sat multa interpolata sunt: plura etiam in Xenophonte et insigniora, sed pessime habitus est Thucydides cett..”

Postquam numerum eorum qui adversus Troiam profecti erant ὡς ἀπὸ πάσης Ἑλλάδος πειπομένων non magnum fuisse memoravit Thucydides, eius rei causam fuisse non tam δλιγανθρωπίαν quam ἀχρηματίαν dicit; reges enim non magnas copias secum duxisse τῆς τροφῆς ἀπορίαν metuentes, quare pars militum agros colere cogeretur et Troiani τοῖς ἀεὶ ὑπολειπομένοις resistere potuerint. Opinatur deinde I. 11 § 2<sup>1)</sup> περιουσίαν δὲ εἰ ἥλθον ἔχοντες τροφῆς καὶ ὄντες ἀθρόοι [ἄνευ ληστείας καὶ γεωργίας] <sup>2)</sup> ἐνυεχῶς τὸν πόλεμον διέφερον, ἢδιώς ἀν μάχῃ πρατοῦντες [εἶλον], οἵ γε καὶ σὺν ἀθρόοι ἀλλὰ μέρει τῷ ἀεὶ παρόντι ἀντεῖχον, πολιορκίᾳ δὲ ἀν προσκαθεύσθαιενοι ἐν ἐλάσσονι τε χρόνῳ καὶ ἀπονώτερον τὴν Τροίαν εἶλον.

In Krügeri editione ad hunc locum legimus: „Da Thukydides möglichst kurz schreibe und Gesagtes nicht zu wiederholen pflege, so wollte Hermann εἶλον — ἀντεῖχον streichen, das δὲ nicht antastend.“ Quamquam nemo erit qui neget Thucydidem maxima orationis brevitate usum esse, non credo

<sup>1)</sup> Secutus sum editionem quam curavit K. W. Krüger, quae prodiit Berlini a. 1860.

<sup>2)</sup> Uncinis ea indicavi quae iam seclusa erant in editione cuius volumen primum prodiit, curante V. Cl. van Herwerden. Si transponerentur verba ἄνευ ληστείας καὶ γεωργίας inter τροφῆς et καὶ retineri fortasse possent.

omnia illa verba omittenda esse. Non enim plane idem exprimunt atque ea quae praecedunt. Nam § 2 Thucydides dicit Troianos Graecis pares fuisse, hoc autem loco Graecorum non Troianorum resistendi facultatem spectat. Male abundare tamen mihi videntur verba ἀλλὰ μέρει τῷ ἀεὶ παρόντι, quae additamentum ad οὐκ ἀθέοι esse puto.

Thuc. I. 13 § 1. *πρότερον δ' ἦσαν ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι πατρικαὶ βασιλεῖαι.* 'Ρητά sunt ea quae dicta, constituta, rata sunt; ἐπὶ ῥητοῖς igitur est legibus constitutis, legibus certis; interpres quidam metuisse mihi videtur ne non intelligeretur quid ἐπὶ ῥητοῖς esset, nullo substantivo addito; addidit igitur γέρασι, quod ea de causa eiiciendum esse existimo.

Legitur ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι apud Schol. ad Arist. Ach. vs. 61; quod vero scholiasta scribit ut explicet διαφορὰν βασιλέως καὶ τυράννου non afferendum esse puto ad tuendam orationem Thucydidis, minime prolixii scriptoris.

Aliis locis ubi ἐπὶ ῥητοῖς invenimus substantivum omittitur, ut Herod. V. 57 Ἀθηναῖοι δὲ σφέας ἐπὶ ῥητοῖς ἐδέξαντο σφέων αὐτῶν εἴναι πολιάτας, et Isocr. Trap. § 19 δίαιταν ἐπὶ ῥητοῖς ἐπέτρεπε Σατύρῳ. Cf. Thuc. I. 122 § 1 ἡκιστα γὰρ πόλεμος ἐπὶ ῥητοῖς χωρεῖ, et Xen. Hell. VII. 1 § 1.

Thuc. I. 29 Corinthii dicuntur classem misisse adversos Corcyraeos. Quae cum advenisset ad ostium sinus Ambracii Corcyraei praeconem miserunt, qui vetaret eos contra se navigare. Sequitur (§ 3) ὃς δὲ κήρυξ τε (τ') ἀπήγγειλεν οὐδὲν εἰρηναῖον παρὰ τῶν Κορινθίων καὶ αἱ νῆες αὐτοῖς ἐπεπλήρωντο (ἐπεπλήρωντ') ἐναυμάχησαν. Cum ex iis quae praecedunt satis appareat ad Co-

rinthios praeconem illum Corcyraeos misisse atque inde sequatur ut a Corinthiis responsum retulerit, verba παρὰ τῶν Κορινθίων valde suspecta mihi sunt.

Corcyraei autem pugna quae tum facta est superabant Corinthios et tropaeum statuerunt in Leucimna, Corcyrae promontorio. ὑστέρου δὲ, ut legimus cap. 30 § 2, ἐπειδὴ οἱ Κορίνθιοι καὶ οἱ ἔύμαχοι ἡσυχάνενοι ταῖς ναυσὶν ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου, τῆς θαλάσσης ἀπάσης ἐκράτουν τῆς κατ' ἐκεῖνα τὰ χωρία (χωρί') οἱ Κερκυραῖοι, καὶ πλεύσαντες ἐξ Λευκάδα τὴν Κορινθίων ἀποικίαν τῆς γῆς ἔτεμον cett.. Manifestum est, cum Corcyraei vicissent Corinthios, hi autem domum revertissent, Corcyraeos totius maris quod prope illas regiones est imperio potitos esse. Itaque verba οἱ Κερκυραῖοι addita esse opinor ab aliquo, qui metuebat ne οἱ Κορίνθιοι καὶ οἱ ἔύμαχοι illius maris imperio potiti esse intelligerentur.

Alius locus, ubi in nomine gentilicio praecedente praepositione παρά peccatum esse mihi videtur, est Xen. Hell. I. 1 § 20, ubi, pugna navali ad Cyzicum facta, Cyziceni Atheniensibus se dedunt. Ἀλκιβιάδης δὲ μείνας αὐτοῦ εἴκοσιν ἡμέρας καὶ χρήματα πολλὰ λαβὼν παρὰ τῶν Κυζικηνῶν οὐδὲν ἄλλο κακὸν ἐργασάμενος τοὺς ἐν τῇ πόλει ἀπέπλευτεν εἰς Προικόνησον. Ex verbis οὐδὲν ἄλλο κακὸν ἐργασάμενος discimus Alcibiadem in oppido Cyzicenorum aliquid mali fecisse, non magnum illud quidem sed tamen aliquid. Quid hoc malum fuerit docent nos verba χρήματα πολλὰ λαβὼν. Si igitur in eo quod χρήματα ἔλαβε κακὸν εἰργάσατο τοὺς ἐν τῇ πόλει, videntur mihi verba παρὰ τῶν Κυζικηνῶν delenda esse, addita ab interprete, qui non satis perspicuum esse existimabat quibus tandem Alcibiades illam pecuniam ademerit, nisi illis verbis adscriptis.

Corinthii vero moleste ferebant se proelio navalii a Coreyraeis profligatos esse, et maxime id agebant ut illam ignominiam a se depellerent; quare omnibus viribus bellum parabant. Quod cum cognovissent Corcyraei Athenas legatos miserunt, qui rogarent ut secum Athenienses societatem ficerent. Hi metuentes ne Coreyraeorum classe potirentur Corinthii, praesertim cum bellum sibi cum illis fore existimarent, ἐπιμαχίαν ἐποιήσαντο, qua in vicem sibi opem ferrent, si quis Coreyram vel Athenas vel eorum socios aggredieretur. Ξυμμαχίαν autem, ut eosdem et inimicos et amicos ducerent, facere non audebant; εἰ γὰρ, ita legimus cap. 44 § 1, ἐπὶ Κόρινθου ἐκέλευσον σφίσιν οἱ Κέρκυραῖοι ξυμπλεῖν, ἐλύοντ' ἀν αὐτοῖς αἱ πρὸς Πελοποννησίους σπονδαί<sup>1</sup>). Miserunt igitur decem naves ducibus Lacedaemonio, Diotimo et Protea; προεῖπον δὲ (δ') αὐτοῖς, narrat Thucydides I. 45 § 2, μὴ ναυμαχεῖν Κορινθίοις, ἢν μὴ ἐπὶ Κέρκυραν πλέωσι [καὶ μέλλωσιν ἀποβαίνειν] ἢ ἐς τῶν ἐκείνων τι χωρίον<sup>2</sup>) οὕτω δὲ καταλύειν κατὰ δύναμιν. Haec cum per se intelligantur quo consilio fiant, male abundare putaverim ea quae sequuntur προεῖπον δὲ ταῦτα τοῦ μὴ λύειν ἔνεκα τὰς σπονδάς.

Thuc. I. 79 § 2 postquam sociorum et Atheniensium orationes audiverunt Lacedaemonii, summotis omnibus, de rebus praesentibus inter se consultare cooperunt, et plerisque iniuste facere videbantur Athenienses belloque esse persequendi. πα-

<sup>1</sup>) Memoratae sunt hae σπονδαί I. 23 § 4 ὑρέαντο δὲ (δ') αὐτοῦ Ἀθηναῖοι καὶ Πελοποννησίοι λύσαντες τὰς τριακοντότεις (τίδας) σπονδὰς αἱ αὐτοῖς ἐγένοντο μετὰ (μετ') Εὐβοίας ἄλωσιν. Foedus illud factum est Ol. 83. 3.

<sup>2</sup>) Scripsi ex emendatione V. Cl. van Herwerden in editione cuius liber I prodiit.

ρελθῶν δὲ (δ') Ἀρχίδαμος ὁ βασιλεὺς αὐτῶν cett.. Soli Lacedaemonii in illa concione aderant; itaque non opus est additamento αὐτῶν.

Thuc. I 82 Archidamus rex, postquam suos cives monuit ne temere bellum Atheniensibus indicant, iis suadet ut socios sibi adsciscant opesque suas augeant addens si eo modo bellum paraverint Athenienses fortasse magis cessuros esse Lacedaemoniis, imprimis si eorum agri nondum vastati erunt. Tum (§ 4) sic pergit: μὴ γὰρ ἄλλο τι νομίσητε τὴν γῆν αὐτῶν οὐδὲν ἔχειν καὶ οὐδὲ ἡστὸν ὅσφι ἀμεινον εἰργασται: nam oportet, hunc enim sensum verba habent, vos eorum agros nullo modo populari eosque pignus habere ad flectendos illorum animos, eoque magis quo melius culti sint.

Illo autem tempore nondum εἰχον Lacedaemonii Atheniensium γῆν; Archidamus igitur dicere non poterat μὴ.... νομίσητε.... γῆν.... ἔχειν, quam ob causam ἔχειν mutandum esse mihi videtur in εἶξειν.

In Infinitivis saepe peccatum esse satis notum est. Exempla sint: Thuc. VIII. 5 § 5. ἐνόμιζε κομιεῖσθαι κακώσας τοὺς Ἀθηναίους καὶ ἀμα βασιλεῖ ἔυμαράχους Δακεδαιμονίους ποιήσειν καὶ Ἀμφρην τὸν Πισούθνου νίδον νόθον, ἀφεστῶτα περὶ Καρίαν, ὃσπερ αὐτῷ προσέταξε βασιλεὺς, οὐ ζῶντα (ζῶντ') ἔξειν οὐ ἀποκτεῖναι.

Thuc. VI. 42. ὀρμιεῖσθαι τε καὶ στρατοπεδεύεσθαι.

Thuc. VIII. 75 § 2. .... ἀρκωσαν πάντας τοὺς στρατιώτας τοὺς μεγίστους ὄρκους.... οὐ μὴν δημοκρατήσεσθαι τε καὶ ὄμονήσειν, καὶ τὸν.... πόλεμον.... διοίσειν, καὶ τοῖς τετρακοσίοις πολέμιοι τ' ἔσεσθαι καὶ οὐδὲν ἐπικηρυκεύεσθαι, quibus locis ἀποκτεῖναι in ἀποκτενεῖν, στρατοπεδεύεσθαι in στρατοπεδεύσεσθαι,

*ἐπικηρυκεύεσθαι* in *ἐπικηρυκεύσεσθαι* mutandum esse docuit V. Cl. Cobet Varr. Lectt. pg. 99.

Thuc. III. 95 § 1. .... Φωκέας, οἱ προθύμως ἐδόκουν κατὰ τὴν Ἀθηναῖον ἀεὶ ποτε φιλίαν ξυστρατεύειν η̄ καν βίᾳ προσαχθῆναι ...., ubi *ξυστρατεύειν* legendum esse monuit V. Cl. van Herwerden Studd. Thucc. pg. 48.

Ut *ἔχειν* tueatur Classenus provocat ad aliquot locos Thucydideos, quorum primus est I. 93 § 3, ubi Themistocles *ἔπειτε τὰ λοιπὰ τοῦ Πειραιῶς οἰκοδομεῖν, νομίζων τὸ τε χωρίον καλὸν εἶναι*. At hoc loco nihil aliud dicitur quam Themistoclem iudicare illo tempore locum καλὸν esse, quam ob rem Praesens non Futurum requiritur.

Quem locum deinde affert I. 127 § 1. *νομίζοντες ἐκπεσόντος αὐτοῦ ῥῶν σφίσι προχωρεῖν τὰ ἀπὸ τῶν Ἀθηναῖον*, is mutatus iam est in *ῥῶν ἀν σφίσι προχωρεῖν* in editione v. Herwerd..

Tertius locus est II. 84 § 2. Ibi Athenienses dicuntur circa Naupactum Lacedaemoniorum classem navibus circumstere et *συνάγειν ἐξ ὀλίγου*. Phormio autem, qui Atheniensium classi praeerat, suos vetuerat hostem aggredi *πρὶν ἀν αὐτὸς σημήνῃ*. Edixerat hoc, quia, ut legimus § 2, *ἢ λπίζε.... αὐτῶν οὐ μενεῖν τὴν τάξιν, ὥσπερ ἐν γῇ πεζὴν, ἀλλὰ ξυμπεσεῖσθαι πρὸς ἀλλήλας τὰς ναῦς καὶ τὰ πλοῖα ταραχὴν παρέξειν*, ubi τὰ πλοῖα insiticia esse mihi videntur. Existimabat autem Phormio adversarios *οὐχ ἡσυχάστειν, εἰ ἐκπνεύσαι* (*ἐκπνεύσειν*<sup>1)</sup> *ἐκ τοῦ κόλπου τὸ πνεῦμα· καὶ τὴν ἐπιχείρησιν ἐφ' αὐτῷ τ' ἐνδιμίζειν εἶναι, διπόταν βούληται, τῶν νεῶν ἀμεινον πλεοντῶν, καὶ τότε καλλιστην γίγνεσθαι*. Diversa tamen est ratio huius

<sup>1)</sup> De his optativi formis vid. Studd. Thucc. pg. 113.

loci; sensus enim est: cum haec ἐνόμιζε, illo tempore eius arbitrii erat hostes aggredi; nam Athenienses περιέπλεον αὐτοὺς κύκλῳ.... ἐν χρῷ δὲ παραπλέοντες καὶ δέκησιν παρέχοντες αὐτίκα (αὐτίκ') ἐμβαλεῖν; quae sequuntur καὶ τότε καλλιστην γίγνεσθαι cum Krügero (Bruchst.) mutanda esse censeo in πάλλιστ' ἀν γίγνεσθαι.

Quartum locum IV. 127 § 1 Τοιχῦτα (Τοιχῦθ') ὁ Βρασίδας παρανέστας ὑπῆγε τὸ στράτευμα. οἱ δὲ βάρβαροι ἰδόντες πολλῷ βοῦν καὶ θορύβῳ προσέκειντο, νομίσαντες φεύγειν τὸ αὐτὸν καὶ καταλαβόντες διαφθείρειν emendavit V. Cl. Cobet, διαφθείρειν rescribere iubens Varr. Lectt. pg. 99.

Aoristum restituendum esse puto Lys. de Caed. Erat. § 40. Ibi reus, cum persuadere velit iudicibus se Eratostheni non insidiatum esse, haec dicit: vobiscum reputate utrum melius mihi fuisse, si illa nocte insidias Eratostheni struere voluissem, alibi coenare an domi cum amico. εἴτα δοκῶ ἀν ὑμῖν τὸν συνδειπνοῦντα ἀφεὶς μόνος καταλειφθῆναι καὶ ἔρημος γενέσθαι, οὐ κελεύειν ἐκεῖνου μένειν, ἵνα μετ' ἐμοῦ τὸν μοιχὸν ἐτιμωρεῖτο; Non opus erit, credo, multis verbis ad demonstrandum hoc loco κελεύειν in καταλειφθῆναι et γενέσθαι eodem tempore usurpata sunt, post pauca sequitur ἔπειτ', ἄνδρες, οὐκ ἀν δοκῶ ὑμῖν τοῖς ἐπιτηδεοῖς μεθ' ἡμέραν παραγγεῖλαι, καὶ κελεῦσαι cett. et mox εἰ προήδη, οὐκ ἀν δοκῶ ὑμῖν καὶ θεράποντας παραπενάστασθαι καὶ τοῖς φίλοις παραγγεῖλαι cett.. Nihil praesidii praesenti tempori peti potest e verbo, quod sequitur, περιτρέχειν, cum ibi aliud quid significet οὐ.

In eadem oratione duo loci sunt, quos depravatos esse existimo; quos hoc loco tractare ab huius libelli ratione alienum non erit.

§ 12 reus narrat aliquando, cum inopinato rure domum

venisset, post coenam infantem lacrimasse. καὶ ἐγώ, inquit, τὴν γυναικα (γυναικ') ἀπιέναι ἐκέλευσον παὶ δοῦναι τῷ παιδίῳ τὸν τιτθέν, ἵνα παύσηται οὐλάον. Illa quidem primum abire noluit, quasi gauderet quod revertissem. ἐπειδὴ δ' ἐγώ ὡργιζόμην παὶ ἐκέλευσον αὐτὴν ἀπιέναι, „ἵνα σύ γε” cett.. Semel iusserat uxorem abire, iterum eum iubere verbo indicavisse auctorem probabile est. Indicari autem facile potest inserta inter ἐκέλευσον et αὐτὴν vocula αὐθίς. Vocabulum enim quod sequitur ab iisdem literis inchoans facile efficere potuit ut αὐθίς exciderit.

Similis locus est in Xenoph. Anab. I. 3 § 8, cui medicina eadem adhibetur legendo αὐτὸν αὐθίς αὐτὸς δ' οὐκ ἔφη ιέναι.

§ 37 accusatus dicit sibi obiectari quod insidias struxerit Eratostheni; ἐγώ δὲ (δ'), ait, ὄνδρες, δίκαιον μὲν ἀν ποιεῖν ἡγούμην φτινιοῦν τρόπῳ τὸν τὴν γυναικα τὴν ἐμὴν διαφθείρεντα λαμβάνων. Tum (§ 38) addit se iniuste facturum fuisse εἰ.... λόγων μὲν εἰρημένων ἔργου δὲ μηδενὸς γεγενημένου μετελθεῖν iussisset. εἰ δ' ἦδη, inquit, πάντων διαπεπραγμένων παὶ πολλάκις εἰσεληλυθότος εἰς τὴν οἰκεῖαν τὴν ἐμὴν φτινιοῦν τρόπῳ ἐλάμβανον αὐτόν, σωφρονεῖν ἐμαυτὸν ἡγούμην.

Si Infinitivus pendet a verbo, cuius subiectum idem est quod subiectum Infinitivi, Graeci non utuntur Accusativo cum Infinitivo, ut modo scriptum est ἐγώ δίκαιον.... ἀν ποιεῖν ἡγούμην, non ἐγώ δίκαιον.... ἐμαυτὸν ἀν ποιεῖν ἡγούμην. Quae res prohibet quominus accipiamus ἐμαυτὸν esse subiectum Infinitivi σωφρονεῖν.

Possimus cogitare ἐμαυτὸν additum esse a librario; at hic sine dubio ἐμὲ non ἐμαυτὸν dedisset; cuius usum admodum amat Lysias. Itaque cum ratio qua Lysias talibus pronomi-

nibus uti solet aliquantulum diversa sit a ceterorum scriptorum usu, ἐμαυτὸν, quippe quod ipse Lysias scripserit, intactum relinquere malim.

Restat igitur ut vitium lateat in σωφρονεῖν. Si autem tenemus quantillum intersit inter εἰν and αὐ, dubitare non possumus quin σωφρονεῖν natum sit e σώφρον' ἀν, quod igitur restituendum esse iudico.

Thuc. I. 104 § 2. οἱ δὲ (δ'), (ἔτυχον γὰρ ἐς Κύπρον στρατεύμενοι ναυσὶ διακοσίαις αὐτῶν τε καὶ τῶν ἔνυμάχων) ἥλθον ἀπολιπόντες τὴν Κύπρον, καὶ ἀναπλεύσαντες ἀπὸ θαλάσσης ἐς τὸν Νεῖλον τοῦ τε ποταμοῦ κρατοῦντες καὶ τῆς Μέμφιδος cett..

Inarus cum Artaxerxe bellum gerens Athenienses sibi ad belli societatem accivit. Hi Cyprum, cui insulae bellum intulerant, reliquerunt et Memphidis oppidi parte potiti sunt.

Ἄναπλεῖν, quamquam plerumque est πλεῖν ἀνὰ ποταμόν, adverso flumine navigare, hoc loco eundem sensum habere videtur quem habet Iliad. XI. 22

οὗνεκ Ἀχαιοὶ

ἐς Τροίην νήεσσιν ἀναπλεύσεσθαι ἐμελλον·

· Ἄναπλεύσαντες ἐς τὸν Νεῖλον est igitur navibus profecti ad Nilum. Si tamen comparamus Od. XII. 230

ἵμετις μὲν στεινωπὸν ἀγεπλέομεν γοδῶντες

veri simile est eodem modo etiam nostro loco verbum usurpatum esse. Fieri enim potest ut Thucydides scripserit ἀναπλεύσαντες τὸν Νεῖλον. Sic scribens dixisset: „Athenienses Cypro reicta Nilum ingressi sunt” simul addens quomodo factum sit ut iis liceret illud facere verbis quae sequuntur

*τοῦ ποταμοῦ κράτουντες.* Fac sic scriptum fuisse, facile intelligi poterit e vocabulo ἀναπλέσαντέοντεο repetitum esse.

Thuc. I. 111 § 1. 'Εκ δὲ Θεσσαλίας ὁ Ορέστης ὁ Ἐχενρατίδου υἱὸς τοῦ Θεσσαλῶν βασιλέως cett.. Si conferimus Θουκυδίδην τὸν Ὁλόρου (IV. 104 § 2), Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου (V. 43 § 1), Ἀριστεὺς ὁ Ἀδειμάντου et permultos alios locos, ubi filii nomini patris nomen additur pendens ab articulo, genitivo casu positum, dubitare non possumus quin etiam hoc loco omittendum sit υἱός. Cf. Studd. Thucc. pg. 38.

Idem vocabulum retineri fortasse potest Thuc. VI. 54 § 6 καὶ ἄλλοι τε ( $\tau'$ ) αὐτῶν ἥρξαν τὴν ἐνιαυσίαν Ἀθηναῖοις ἀρχήν καὶ Πειστρατος ὁ Ἰππίου τοῦ τυραννεύσαντος υἱός, cett., ubi cum emphasi additum est ὁ Ἰππίου τοῦ τυραννεύσαντος υἱός, quem ad modum Aristoph. Nubb. vs. 134 legitur:

Φειδώνος υἱὸς Στρεψιάδης Κικυννόθεν.

Tum statim additur τοῦ πάππου ἔχων τούνομα; quae verba facere non possum quin valde suspecta mihi sint. Nam propter id ipsum ut ab avo nepos distingueretur Thucydidem addidisse puto ὁ Ἰππίου τοῦ τυραννεύσαντος υἱός, nec memorabile est nepoti avi nomen fuisse. Cf. VIII. 89 § 2.

Thuc. II. 56 narratur Pericles classem centum navium comparavisse, quae Peloponneso bellum inferret, cum Peloponnesii nondum τὴν παραλίαν [ $\gammaῆν$ ] <sup>1)</sup> invasissent; indicatur deinde numerus Atheniensium qui navibus ducebantur et additur Chios et Lesbos quinquaginta naves misisse. Sequi-

<sup>1)</sup> Eiiciendam esse  $\gammaῆν$  docet V. Cl. Cobet. Varr. Lect. pg. 439.

tur § 2 ὅτε δ' ἀνήγετο (ἀνήγεθ) ἡ στρατιὰ αὕτη Ἀθηναῖων, Πελοποννησίους κατέλιπον ἐν τῇ παραλίᾳ. Cum e praegressis satis appareat quorum haec στρατιὰ sit, vocabulum Ἀθηναῖων ab interprete adscriptum esse suspicor, conferens ea quae legitimus VI. 32 § 2. Ibi quoque Atheniensium classis solvere dicitur his verbis: παιανίσαντες<sup>1)</sup> καὶ τελεώσαντες τὰς σπουδὰς ἀνήγοντο, omissio nomine populi, cuius classis erat.

Monitus a. V. Cl. Cobet γῆν post παραλίαν emblema esse, idem vocabulum paullo infra abesse malim post Τροιζηνίδα. Nam quamquam saepe in talibus additur vocabulum γῆ, hic statim sequitur τὴν Ἀλιάδα καὶ τὴν Ἐρμιονίδα et multi sunt loci ubi γῆ in tali re non additur, quorum aliquot afferam: III. 95 § 3 τῆς Λοκρίδος, VII. 35 § 2 τῆς Ρηγίνης, IV. 45 § 1 τῆς Κορινθίας, ubi § 3 γῆν additamentum esse videtur, IV. 70 § 2 τῆς Μεγαρίδος. Non obstat quod II. 71 § 3 Archidamum, Plataeas adortum, Plataeensium legati iubent [τὴν]<sup>2)</sup> γῆν τὴν Πλαταιῶν μὴ ἀδικεῖν, quia haec magna cum gravitate dicta sunt. Cf. Xen. Hell. VII. 4 § 21, Cob. Novv. Lectt. pg. 308. Peloponneso vexata Athenienses domum redierunt. τοὺς δὲ Πελοποννησίους οὐκέτι κατέλαβον ἐν τῇ Ἀττικῇ ὄντας ἀλλ' ἀνακεχωρηκότας. Si Peloponnesii Atticam reliquerant, necesse erat eos ἀνακεχωρηκότας esse; itaque verbis ἀλλ' ἀνακεχωρηκότας non opus est.

<sup>1)</sup> Παιανίσαντες, quippe quod derivatum sit a vocabulo παιάν, scribendum esse discere possumus Studd. Thucc. pg. 118.

<sup>2)</sup> Articulum, quem recte omisit Dionysius Halic., delet V. Cl. van Herwerden Studd. Thucc. pg. 33. Quem secutus etiam cap. 57 θεον δὲ χρόνον οὐ τε Πελοποννήσοις ἥσαν ἐν τῇ γῇ τῇ Ἀθηναῖων et mox ἡμέρας γὰρ τεσταράκοντα μάλιστα (μάλιστ?) ἐν τῇ γῇ τῇ Ἀττικῇ ἐγένοντο aut eiiciendum esse duco τῇ γῇ aut certe legendum ἐν γῇ τῇ Ἀθηναῖων et ἐν γῇ τῇ Ἀττικῇ.

Thuc. III. 18 § 3 Athenienses, postquam audiverunt suos milites prohibere non posse quominus Mytilenaei tota regione potiantur, Pachetem mittunt cum mille gravis armaturae militibus. οἱ δὲ (δ') αὐτερέται πλεύσαντες τῶν νεῶν ἀφίκοῦνται cett.. Quo sensu αὐτερέτης usurpetur docet Pollux I. 95, vocabulum explicans per: καὶ ἐρέπτοντες καὶ ἀπομαχόμενοι. Quod Graecos fecisse adversus Troiam navigantes Thucydides narrat I. 10 § 6 αὐτερέται δὲ (δ') ὅτι ἦσαν καὶ μάχιμοι πάντες, ἐν ταῖς Φιλοκτήτου ναυσὶ δεδῆλωκεν. Itaque nostro loco indicat Pachetis milites remigum officio functos remis naves promovisse. Cum vero in solis navibus remigum usus sit, omittere praestat, me iudice, τῶν νεῶν, sicut omittitur loco quem attuli.

Thuc. III. 24 § 1 Ὁρμόσαντες δὲ (δ') ἀπὸ τῆς τάφρου οἱ Πλαταιῆς ἔχάρουν ἄθροις<sup>1)</sup> τὴν ἐς Θήβας φέρουσαν ὁδόν, ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸ τοῦ Ἀνδροκράτους ἡρῷον, νομίζοντες ἥκιστ' ἐν σφᾶς ταύτην αὐτοὺς ὑποτοπῆσαι τραπέσθαι τὴν ἐς τοὺς πολεμίους. Dicuntur hoc loco Plataeenses oppidum suum clam relinquere viam ingredientes quae Thebas ferebat. Quod faciunt ne hostes se egredientes conspiciant. Satis perspicuum esse puto eos speravisse fore ut hostes laterent illa via egredientes, quia opinabantur minime eos suspicaturos esse se illuc conversum iri, ubi Thebani essent. Quocirca τὴν ἐς τοὺς πολεμίους si quis abiiceret non desiderarem. In vicinia V. Cl. Naber recte suspectat τὴν ἐπ' Ἀθηνῶν φέρουσαν. Mox V. Cl. van Herwer-

<sup>1)</sup> De hac forma vid. Studd. Thucc. pg. 125.

den legit τὴν πρὸς τὸ ὄρος Φέρουσαν abiecto vocabulo ὁδὸν. Quem secutus in loco quem modo tractavi male abundare idem vocabulum puto et legendum esse τὴν ἐξ Θήβως Φέρουσαν.

Nihil tritus est quam ὁδὸν in talibus male abundare, quare expungendum esse existimo Xen. Anab. I. 2 § 20 ἐντεῦθεν Κῦρος τὴν Κίλισταν εἰς τὴν Κιλικίαν ἀποπέμπει τὴν ταχίστην [ὁδὸν].

Thuc. III. 89 Lacedaemonii, Atticam invasuri, dicuntur rediisse, terrae motibus perterriti. Narrat auctor deinde (§ 2) Orobiorum, oppidi in Euboea insula siti, partem deletam esse, τῶν σεισμῶν κατεχόντων, his verbis: ἡ θάλασσα ἐπελθοῦσα (ἐπελθοῦσ') ἀπὸ τῆς τότε (τότ') οὖσης γῆς καὶ κυματωθεῖσα (κυματωθεῖσ') ἐπῆλθε τῆς πόλεως μέρος τι, καὶ τὸ μὲν κατέκλυσε, τὸ δὲ ὑπενόστησε, καὶ θάλασσα νῦν ἔστι πρότερον οὖσα γῆ.

Cum ἐπέρχομαι vim habeat adveniendi et aggrediendi vocabulum ἐπελθοῦσα ferendum non esse putant viri docti, mutantes in ἐπανελθοῦσα, quod significet postquam mare recessit; provocant autem ad ea quae mox sequuntur ἐγένετο δὲ καὶ ἐν Πεπαρήθῳ κύματος ἐπαναχώρησις, et ad verba Scholiastae, qui adscribit ἐπανελθοῦσα.

Vocabulo ἐπανελθεῖν notionem retro cedendis esse mihi persuadere non possum. Ubique enim significare videtur reverti in locum ubi quis fuit, quem reliquit. Probant hoc multi loci, e quibus unum adscribere satis erit. Thuc. IV. 74 § 2 καὶ ὕστερον ὁ μὲν (Brasidas) διαλυθέντων τῶν ξυμμάχων κατὰ πόλεις ἐπανελθὼν καὶ αὐτὸς ἐξ τὴν Κόρινθον τὴν ἐπὶ Θρακῆς στρατεύει παρεστησάζεν. Brasidas igitur Corinthum revertitur, quam urbem reliquerat; nam Thuc. IV. 70 § 1 ἐτύγχανε κατὰ

*τοῦτον τὸν χρόνον περὶ Σικύωνα καὶ Κόρινθου ὃν, ἐπὶ Θράκης στρατίᾳ παρασκευάζομενος.*

Mare igitur non potuit ἐπανελθεῖν e loco quae τότε γῆ erat, quem illo tempore nondum ἐπέκλυσε, ubi nunquam ante fuerat, nec reverti in locum quem nondum reliquerat, ubi semper mansit.

Quod autem Scholiasta adscribit ἐπανελθοῦσα id ipsum probare mihi videtur Thucydidis illud vocabulum non fuisse; nam si ipse Thucydides eo vocabulo usus esset, nihil erat cur Scholiasta adscriberet.

Quid vero factum esse potest? Terrae motus effecit ut mare ab ea terrae parte quae postea θάλασσα erat retro cederet et maiore impetu reversum terram inundaret; inde θάλασσα νῦν ἔστι πρότερον οὖσα γῆ.

His perpensis scribendum esse suspicer ἡ θάλασσα ἀπελθοῦσα ἀπὸ τῆς τότε οὖσης γῆς: postquam mare se removit ceterum, nisi praestat, nulla mutatione facta, locum ita interpretari ut ἐπελθοῦσα (ἐπελθοῦσα) ἀπὸ τῆς τότε (τότε) οὖσης γῆς sit: adveniens ex ea parte, quae tunc terra erat, ab Occidente. Ἐπελθεῖν igitur eodem sensu accipiendum esset, quo saepissime apud Homerum legitur in notissimo versu

. . . . . . . . . . . . ἐπὶ κνέφας γῆθε.

Verborum ἐπελθεῖν et ἀπελθεῖν formas facile inter se permutari, quod fieri nemo mirabitur, qui meminerit quam parvum discrimen sit inter hoc et illud, testatur Thuc. I. 24 § 3, ubi οἱ τῶν Ἐπιδαμνίων δυνατοὶ, postquam a popularibus expulsi sunt, ἀπελθόντες μετὰ τῶν βαρβάρων λήξεσθαι dicuntur τοὺς ἐν τῇ πόλει. Optimates illos ἀπελθεῖν non est mirandum quoniam δὲ δῆμος αὐτοὺς ἐξεδιωξε, quare Haasius veram lectio-

nem restituit, corrigens ἐπελθόντες postquam agressi sunt.

Est autem alias locus, ubi ἐπανελθεῖν exspectaremus. Locus est Xen. Anab. III. 1 § 7. Ibi est: ἐπεὶ δὲ πάλιν ἥλθε (Xenophon), λέγει τὴν μαντείαν τῷ Σωκράτει. Xenophontem, auctore Socrate, oraculum Delphicum adiisse discimus ex iis quae praecedunt. Revertit igitur ad Socratem. Revertit autem num exprimi possit per πάλιν ἥλθε dubitandum esse mihi videtur. Multis locis Xenophon adverbio πάλιν usus est. Saepe significat retro, ut IV. 3 § 20 ὁ δὲ Χενοφῶν λαβάν τῶν δπισθιφυλάκων τοὺς εὐζωνοτάτους ἔθει ἀνὰ κράτος πάλιν ἐπὶ τὸν πόρον cett.; aliis locis, cum verbo coniunctum id exprimit, quod Latine verbo cum *re* composito indicatur. Prior significatio a nostro loco aliena est, πάλιν ἐλθεῖν vero dici posse pro ἐπανελθεῖν mihi persuadere non possum, cum nusquam nisi hoc loco apud Xenophontem πάλιν ἴεναι eo sensu usurpatum reperire potuerim, quo Latine dicitur reverti.

Est enim Anab. IV. 3 § 12 (Ἐφασαν) διαβάντες καὶ λαβόντες τὰ ἱμάτια πάλιν ἤκειν.

Anab. VI. 4 § 8 οἱ δὲ καὶ τέκνα καταλιπόντες ὡς χρήματ' αὐτοῖς κτησάμενοι ἤξοντες πάλιν cett..

\* Anab. VII. 2 § 10 Ὁ δὲ Σεύθης ἀκούσας ἤκοντα πάλιν cett..

Nullo autem loco est πάλιν ἴεναι, quare δὲ πάλιν ἥλθε corruptum esse veri simile mihi videtur e δ' ἐπανῆλθε, quod facilime fieri potuisse nemo erit, qui non statim videat.

Cum ἐπανελθεῖν sit redire, πάλιν ibi tantum addi potest, ubi quis denuo redit. Legimus autem Plut. Demetr. 10 ἐπεὶ δὲ πάλιν ἐπανελθὼν πρὸς τὴν Μουνυχίαν καὶ στρατοπεδεύσας ἔξεκοψε τὴν Φρούρων cett.. Demetrius, postquam Athenis poti-

tus erat, καταλιπὼν τὴν δύναμιν ἐν τῇ Μεγαρικῇ, προῆλθεν πυθόμενος τὴν Ἀλεξάνδρου γενομένην γυναικα.... οὐκ ἀν ἀγδῶς γενέσθαι μετ' αὐτοῦ (cap. 9). Deinde Munychiam redit. Non de nulo eo redire videtur Demetrius, quam ob rem πάλιν interpretamentum verbi ἐπανελθόν esse dixerim, nec revocarem si quis omitteret. Cf. cap. VII ἐκ δὲ τῆς χώρας ὅσα Φέρειν ἡ ἄγειν ἥδυναντο τοὺς στρατιώτας ὠφελεῖσθαι καὶ λαμβάνειν κελεύσας ἐπανῆλθεν ἐπὶ θάλασσαν cett..

Thuc. III. 91 § 2. Athenienses, Melon insulam frustra adorti, navigabant Oropum et, cum sub noctem eo appulissent, εὐθὺς ἐπορεύσυτο (ἐπορεύονται) οἱ ὀπλῖται ἀπὸ τῶν νεῶν πεζοὶ ἐξ Τάναγραν τῆς Βοιωτίας. Πεζός est pedester et terrester, opponuntur ἵππικός equester, ναυτικός navalis, ἕννυδρος aqualis, πτηνός volucer. Cf. Her. VII. 84, Aesch. Pers. vs. 728, Plat. Pol. 288. a, Plat. Conv. 207. a.

Adverbium a πεζός derivatum est πεζῷ, cui opponuntur κατὰ θάλατταν et ναυτί, ut Plat. Pol. 289. e, Plat. Menex. 239. e. Dicuntur autem nostro loco illi gravis armaturae milites statim postquam navibus egressi sunt terrestri itinere Tanagram profecti esse. Scire vellem qua ratione illud iter facere potuisserent nisi πεζῷ; quam ob rem πεζῷ supervacuum esse puto, additum a quodam, qui verbis ἀπὸ τῶν νεῶν alia opponi volebat.

Thuc. IV. 8 § 2 Demosthenes, postquam Pylum occupavit, Lacedaemoniorum classe approprinante, ὑπεκπέμπει Φθάστας δύο ναῦς ἀγγεῖλαι Εὐρυμέδοντι καὶ τοῖς ἐν ταῖς ναυσὶν ἐν Ζακύνθῳ Ἀθηναῖοις παρεῖναι ὡς τοῦ χωρίου κινδυνεύοντος. Paulo ante audivimus Lacedaemonios sibi arcessivisse sexaginta naves quae ad

Corcyram erant, quae λαθοῦσαι τὰς ἐν Ζακύνθῳ Ἀττικὰς ναῦς ἀφίγουσσαι ἐπὶ Πύλων. Ex hisce igitur patet ad Zacynthum Atheniensium classem fuisse. Eius classis duces erant Eurymedon et Sophocles, qui, sex diebus in Pylo munienda consumtis, Demostheni quinque naves reliquerant, cum reliquis Corcyram profecti erant; cf. cap. 2 et cap. 5. Krügero verba ἐν Ζακύνθῳ suspecta esse video; dicit Thucydidem, si ea verba addidisset, sine dubio, repetito articulo, τοῖς ἐν ταῖς ναυσὶ ταῖς ἐν Ζακύνθῳ Ἀθηναῖοι scripturum fuisse; cui sane observationi assentior. Sed mihi videtur Thucydides non scripturus fuisse ἐν ταῖς ναυσὶν. Nam VIII. 74 § 1 legimus τὴν δὲ Πάραλον ναῦν καὶ Χαιρέαν ἐπ' αὐτῆς.... ἀπεπέμπουσιν cett., II. 23 § 1 οἱ Ἀθηναῖοι ἀπέστειλαν τὰς ἑκατὸν ναῦς.... καὶ χιλίους διπλίτας ἐπ' αὐτῶν cett., III. 8 οἱ δὲ (δ') ἐπὶ τῆς πρώτης νεῶς ἐκπεμφθέντες cett., VIII. 71 § 4 παραπλήσια δὲ καὶ οἱ ἐπὶ τῶν νεῶν αὐτοῖς ἔπασχον. Quid multa? Verba ἐν ταῖς ναυσὶν ab interprete addita esse existimo, cui ea quae praecedunt non satis dilucide indicare videbantur ad Zacynthum fuisse Atheniensium classem.

'Εν παρέργῳ animadverto loco quem primum adscripsi (VIII. 74 § 1) male abundare ναῦν, quod vocabulum, quando Salaminiam memorat, Thucydides addere non solet, ut docent VIII. 74 § 5 μετὰ τῆς Σαλαμινίας, VIII. 74 § 6 ἐκ τῆς Σαλαμινίας, ibid. § 2 ἡ τε Πάραλος καὶ ἡ Σαλαμινία. Itaque ad horum locorum exemplum corrigendi et magnam partem iam correcti sunt reliqui. Cf. Studd. Thucc. pg. 85 et 95.

Thuc. IV. 14 § 2. ἐγένετο τε (θ') ὁ θόρυβος μέγας καὶ ἀντηλλαγμένος τοῦ ἑκατέρων τρόπου περὶ τὰς ναῦς. Describitur hoc

capite pugna navalis, quae fiebat inter Athenienses et Lacedaemonios. Athenienses enim, qui duce Demosthene Pylum occupaverant, inde expellere conati sunt Lacedaemonii; Sphacteriam insulam, quae portui obiacet, firmo praesidio muniverant, metuentes ne ex illa profecti Athenienses sibi bellum inferrent, simul rati fore ut adversarii, illa insula occupata, hostium multitudine circumfusi diu se defendere non possent. Tum Athenienses terra marique adorti sunt, quibus fortiter resistantibus infectis rebus discedere coacti sunt. Advenit autem tertio die post Atheniensium classis, cuius paullo ante mentionem feci, quae proelium committit cum Lacedaemoniorum navibus, quarum magna pars deletur, nonnullae ab hostibus capiuntur. Quae cum animadverterent Lacedaemonii qui in litore erant, cladem illam aegerrime ferentes, quod suos quos in insula collocaverant cives intercipi intelligebant, ad opem illis ferendam venerunt et armati in mare ingressi sunt, naves suas manibus apprehenderunt et ad se retraxerunt. Illo tempore ἐγένετο τε (θ') ὁ θόρυβος μέγας καὶ ἀντηλλαγμένος τοῦ ἐκατέρων τρόπου περὶ τὰς ναῦς.

Secundum lexicon Mehlerianum ἀντηλλαγμένος τοῦ τρόπου est discrepans a solita ratione. Krügerus ad τρόπου annotat: „Der Gen. steht hier wohl in sofern ἀντηλλαγμένος eine Entfernung bezeichnet.“

Locum autem unde appareat ἀντηλλάττειν vel ἀντηλλάττεσθαι illam discrepandi significationem habere neque addit Lexicon illud, neque reperire potui, quare ipse Thucydides quid ἀντηλλάττειν sit nos doceat, qui III. 82 § 3 haec dicit: καὶ τὴν εἰσθύναν ἀξιωσιν τῶν δυομάτων ἐς τὰ ἔργα (ἔργ' ) ἀντηλλάξαν τῇ δικαιώσει. τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστος ἀνδρεία φιλέταιρος

ἀνοράσθη<sup>1)</sup>), μέλλησις δὲ προμηθῆς δειλία εὑπρεπής, τὸ δὲ σῶφρου τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα cett.

Ανταλλάξτειν igitur est commutare, mutare ita ut aliud veniat in locum eius rei quae mutata sit, θύρυβος ἀντηλλαγμένος igitur est tumultus commutatus. Verbum saepe in Medio usurpatum et illud quo aliqua res commutatur additur Genitivo casu, ut Demosth. Phil. II. § 10 κέκρισθε γὰρ ἐκ τούτων τῶν ἔργων μόνοι τῶν πάντων μηδενὸς ἀν κέρδους τὰ κοινὰ δίκαια τῶν Ἑλλήνων προέσθαι, μηδὲ ἀνταλλάξασθαι μηδεμιᾶς χάριτος μηδὲ ὡφελεῖας τὴν εἰς τοὺς Ἑλληνας εὔνοιαν. Itaque nostro loco tumultus ratione commutaretur, quod intelligere non possum.

A quo autem vocabulo pendet Genitivus ille τοῦ τρόπου, cum viderimus a vocabulo ἀντηλλαγμένος eum pendere non posse? Responsum dat versio, quam Valla dedit: „commutata amborum ad naves forma dimicandi” ex qua apparet illum omisisse καὶ. Sic vertentibus omnia perspicua sunt, cum auctor indicet qua in re consisteret illa commutata utriusque populi dimicandi ratio iis quae sequuntur: οἵ τε γὰρ Λακεδαιμόνιοι ὑπὸ προθυμίας καὶ ἐκπλήξεως, ὡς εἰπεῖν, ἀλλ’ οὐδὲν οὐδὲν γῆς ἐναυράχουν, οἵ τε (τ’) Ἀθηναῖοι κρατοῦντες καὶ βουλόμενοι τῇ παρούσῃ τύχῃ ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐπεξελθεῖν ἀπὸ νεῶν ἐπεξομάχουν.

Versio illa, licet optime cum eo sensu quem in loco nostro inesse Thucydides voluerit congruat, in verbis inesse mihi non videtur, nisi legamus: ἐγένετο θ' οὐ θύρυβος μέγας ἀντηλλαγμένου τοῦ ἐκατέρων τρόπου περὶ τὰς ναῦς, quorum sensus

<sup>1)</sup> Cf. Studd. Thuec. pg. 47.

sit hic: tumultus qui circa naves oriebatur magnus erat quoniam commutata erat utriusque populi dimicandi ratio. Genitivus igitur est is, quem Genitivum circumstantiae dicunt.

Thucydidem autem non praetermittere talis rerum commutationis mentionem indicio est quod legimus IV. 12 § 3 ἐς τοῦτό τε περιέστη ἡ τύχη ὅστε (ῶστ') Ἀθηναῖοι μὲν ἐκ γῆς τε καὶ ταύτης Δακωνικῆς ἀμύνασθαι ἔκείνους ἐπιπλέοντας, Λακεδαιμονίους δὲ (δ') ἐκ νεῶν τε καὶ ἐς τὴν ἑαυτῶν, πολεμίαν οὕτων, ἐπ' Ἀθηναῖοις ἀποβαίνειν.

Narrat Thucydides (IV. 66) eos qui Megaris popularium principes essent urbem Atheniensibus tradere voluisse. Inter illos convenerat ut Athenienses longis muris potirentur, ne e Nisaea, Megarensium portu, Peloponnesii oppido auxilium ferrent. Ut vero Athenienses muris potiri possent, hoc excoxitabant. Navigiolum, veluti latrones, plaustro impositum per fossam noctu ad mare portare et enavigare consueverant ἐκ πολλοῦ τεθραπευκότες τὴν ἄνοιξιν τῶν πυλῶν. Illud navigiolum antequam illucesceret in oppidum rursus κατὰ τὰς πύλας ἐσῆγον (cap. 67). Athenienses statuta die in insidiis collocauerant sexcentos gravis armaturae milites duce Hippocrate atque alios ad Enyali templum. Cum vero plastrum πρὸς τὰς πύλας esset, portis apertis, Athenienses ex insidiis cursu ad portas contenderunt, cum eo pervenire vellent πρὸν ξυγκληθῆναι τὰς πύλας, arbitrantes fore ut plastrum impediret quominus portae clauderentur. Quod cum factum esset interfecerunt τοὺς κατὰ πύλας φύλακας (§ 5). Quater in iis quae praecedunt vocabulo πυλαί additur articulus, qui nostro loco

in pluribus MSS. est. Quam ob rem non dubito, addito articulo, κατὰ τὰς πύλας proponere. Locorum ad quos provocat Krügerus in Gramm. § 50. 2. 15 alia ratio est.

Articuli male omissi aliud exemplum praebent ea quae legimus apud Isocratem, Euag. § 68. Ibi laudatur Euagoras quod tam strenue a rege Persarum se defendit; ὅτε δέ ἦν αὐτῷ σύμμαχος, τοσούτῳ χρησιμώτερον αὐτὸν παρέσχε τῶν ἄλλων ὅσθ' ὀμολογουμένως μεγίστην αὐτῷ συμβαλέσθαι δύναμιν εἰς τὴν νυκταρχίαν τὴν περὶ Κυδονίαν cett., ceteris tanto meliorem socium se praebuit ut omnium consensu permagnam ei opem tulerit. Haec non quadrare facile perspicitur; Isocrates non vult dicere Euagoram permagnam opem tulisse sed maximam. Reponamus igitur τὴν μεγίστην δύναμιν: omnia optime se habebunt.

Thuc. IV. 68 § 2. Ξυνέπεσε γὰρ καὶ τὸν Ἀθηναῖον κήρυκα (κήρυκ') ἀφ' ἐκυτοῦ γνώμης κηρύξαι τὸν βουλόμενον ἵέναι Μεγαρέων μετὰ (μετ') Ἀθηναῖον θησόμενον τὰ δπλα (θᾶπλα). Si comparamus Thuc. V. 60 § 1 καὶ οἱ μὲν ταῦτα (ταῦτ') εἰπόντες [τῶν Ἀργείων]<sup>1)</sup> ἀφ' ἐκυτῶν καὶ οὐ τοῦ πλήθους κελεύσαντος εἰπον et VIII. 47 § 2 τὸ δὲ πλέον καὶ ἀπὸ σφῶν αὐτῶν οἱ ἐν τῇ Σάμῳ τριήραρχοί τε τῶν Ἀθηναῖον καὶ δυνατώτατοι ὄρμηντο (ὄρμηντ') ἐς τὸ καταλῦσαι τὴν δημοκρατίαν, videmus illis locis ἀφ' ἐκυτῶν et ἀπὸ σφῶν αὐτῶν dici, non addito γνώμης, quam ob rem etiam nostro loco illud vocabulum abesse malim. Cf. Krüger. Griech. Spr. § 68. 16. 7. Non hoc pertinere exis-

<sup>1)</sup> „Verba uneinis inclusa rectissime omisit unus codex non optimae notae“ Studd. Thucc. pg. 76.

timo Dem. de Cor. § 161 οὐκ ἀπὸ τῆς ἐμαυτοῦ γνώμης μόνον ταῦτα συμφέρειν ὑπολαμβάνων; nam ibi articulus additus est.

Thuc. IV. 70 § 1 Brasidas, postquam audivit Athenienses Megarensium longis muris potitos esse, nuntium mittit ad Boeotios iubens illos cum suis copiis obviam sibi venire ἐπὶ Τριποδίσκου — ἔστι δὲ κάρη τῆς Μεγαρίδος, ὄνομα τοῦτο (τοῦτ') ἔχουσα (ἔχουσ'), ὑπὸ τῷ ὅρει τῇ Γερανίᾳ — καὶ αὐτὸς ἔχων ἥλθεν cett.. His vocabulis abesse malim τῷ ὅρει. Nam non patet cur hoc loco Thucydides addidisset quid esset illa Γερανία, cum I. 107 § 2 διὰ δὲ τῆς Γερανίας οὐκ ἀσφαλὲς ἐφάνετο (ἐφάνετ') αὐτοῖς Ἀθηναῖσι ἔχόντων Μέγαρα καὶ Πηγὰς πορεύεσθαι omiserit; neque erat verendum ne quis praep. ὑπὸ non recte intelligeret.

Notam illam rem Thucydidem non addidisse probant etiam ea, quae legimus I. 108 § 1 καὶ Λακεδαιμόνιοι ἐς τὴν Μεγαρίδα (Μεγαρίδ') ἐλθόντες καὶ δενδροκοπήσαντες<sup>1)</sup> πάλιν ἀπῆλθον ἐπ' οἴκου διὰ Γερανίας καὶ Ἰσθμοῦ. Cf. I. 107 § 3.

Thuc. IV. 78 § 3. ὥστε (ὥστ') εἰ μὴ δυναστείᾳ μᾶλλον ἡ ἰσενομίᾳ ἔχοντο τὸ ἔγχώριον οἱ Θεσσαλοί, οὐκ ἂν ποτε προῆλθεν (Brasidas) cett.. Vertunt haec: Quare nisi Thessali patrio instituto paucorum dominatu usi fuissent, Brasidas profecto nunquam ulterius progressus fuisset. Χρῆσθαι semper cum Dativo coniungitur; dicitur autem χρῆσθαι τινὶ τι, τινὶ πρός τι, εἰς τι, ἐπὶ τι. Cf. Xen. Anab. VII. 2 § 24, Xen. Anab. I. 4 § 15, Lys. pro. Mil. § 5. Quam ob rem τὸ ἔγχώριον obiectum verbi χρῆσθαι esse

<sup>1)</sup> De hac forma vid. Studd. Thucc. pg. 119.

non potest, nec magis dictum esse potest eo modo, quo Dativo a χρῆσθαι pendenti τι additur.

Scholiasta explicat τὸ ἐγχώριον per ἐγχώριας; quod ne accipiamus impedit constans usus, qui cum verbo χρῆσθαι, ubi significat adhibere ad aliquid, vel in aliqua re, coniungit adiectiva, ita tamen ut semper plurali numero usurpentur, quod fecit Thuc. I. 3 § 4 θαλάσση πλείω χρώμενοι, II. 11 § 5 λογισμῷ ἐλάχιστα χρώμενοι, II. 15 § 4 ἐκείνῃ (τῇ ορήνῃ) ἐχρῶντο τὰ πλείστου ἀξια. Cf. praeterea Xen. Hell. VI. 1 § 15, VI. 2 § 27.

Ἐγχώριος est indigena; ἐγχώριαι dicuntur ἥρωες (Thuc. II. 74 § 1), θεοί (Thuc. I. c., Soph. Trach. vs. 182, Soph. Electr. vs. 67), alicuius regionis incolae (Soph. Oed. Col. vs. 875, Eurip. Ion. vs. 1167). Fac tamen τὸ ἐγχώριον adverbialiter positum esse, utique scribendum foret κατὰ τὸ ἐγχώριον, secundum patrios populi mores. Sed suspicor interpretem aliquem adscripsisse τὸ ἐγχώριον, ut indicaret illam regiminis formam (δυναστειά χρῆσθαι) moris fuisse antiqui et proprii Thessalorum.

Thuc. IV. 82. Περδίκκας δὲ Βρατίδαν καὶ τὴν στρατιὰν εὐθὺς λαβὼν μετὰ τῆς ἐκυτοῦ δυνάμεως στρατεύει ἐπὶ (ἐπ') Ἀρριβαῖον τὸν Βρομεροῦ, Λυγκηστῶν Μακεδόνων βασιλέα cett.. Conferentibus ea, quae Thucydides iam scripsit II. 99 § 2 τῶν γὰρ Μακεδόνων εἰσὶ καὶ Λυγκησταὶ facile omnibus persuasum iri arbitror e margine in scriptoris verba irrepsisse Μακεδόνων.

Thuc. IV. 94 § 2. καθεστώτων δὲ (δ') ἐς τὴν τάξιν καὶ ἕδη μελλόντων ξυνιέναι, Ἰπποκράτης ὁ στρατηγὸς ἐπιπαριὼν τὸ στρατόπεδον τῶν Ἀθηναίων παρενελεύετο τε καὶ ἔλεγε τοιάδε. Ineunte capite dictum est Ἀθηναῖοι δὲ (δ') οἱ μὲν δπλῖται....

ἐτάξαντο. Satis notum erat Hippocratem illum, τὸν Ἀρίφρονος, Atheniensium ducem fuisse, praesertim cum Thucydides diserte dixisset IV. 66 § 2 γνόντες δὲ (δ') οἱ τοῦ δῆμου προστάται οὐ δυνατὸν τὸν δῆμον ἐσόμενον ὑπὸ τῶν κακῶν μετὰ σφῶν καρτερεῖν, ποιοῦνται λόγους δεῖσαντες πρὸς τὸν τῶν Ἀθηναίων στρατιγούς, Ἰπποκράτη<sup>1)</sup> τε τὸν Ἀρίφρονος cett.. Legimus praeterea initio capitinis 93 Τοιαῦτα (Τοιαῦθ') ὁ Παγάνδας τοῖς Βοιωτοῖς παρανέστας ἔπεισεν λέναι ἐπὶ τὸν τῶν Ἀθηναίους cett. et § 2 τῷ δὲ (δ') Ἰπποκράτει δύντι περὶ τὸ Δήλιον ὡς ἡγγέλθη δτι Βοιωτοὶ ἐπέρχονται, πέμπει ἐς τὸ στράτευμα κελεύων ἐς τάξιν καθίστασθαι, καὶ αὐτὸς οὐ πολλῷ ὕστερον ἐπῆλθε. Contextus igitur nos docet Hippocratem Athenienses, non Boeotios adhortatum esse, quare suspicor emblema esse τῶν Ἀθηναίων. Cf. IV. 77 § 1, IV. 89 § 1, IV. 67 § 2 οἱ οὖν Ἀθηναῖοι . . . ὑπὸ νύκτα πλεύσαντες ἐς Μινώαν . . . δπλίταις ἔξαποστοις, ὡν Ἰπποκράτης ἥρχεν cett., ubi melius fortasse erit, addito articulo, legere ὁ Ἰπποκράτης, quippe qui superiore capite nominatus sit, cum statim sequatur οἱ δὲ μετὰ τοῦ Δημοσθένους.

In extremis huius capitinis verbis supervacua esse τε καὶ ξλεγει iam monuit V. Cl. van Herwerden, Studd. Thucc. pg. 35.

In eodem nomine gentilicio peccatum esse mihi videtur Thuc. IV. 65 § 3. Leontini bellum gerentes cum Syracusanis anno 427 a. Chr. legatos miserunt Athenas, qui rogarent ut sibi opem ferrent Athenienses. Hi affinitatis praetexto usi, re vera tamen ut prohiberent quominus e Sicilia Lacedaemo-

<sup>1)</sup> Ἰπποκράτην mutavi in Ἰπποκράτη monente V. Cl. van Herwerden, qui Studd. Thucc. pg. 125 haec scribit: „Ubique scribam Δημοσθένη, Ἐρμοκράτη, sim., licet plerumque repugnantibus libris. Has enim formas vetustior Atthis sola admittit.”

niis frumentum mitteretur, viginti naves Leontinis auxilio miserunt. Sequenti anno maiorem classem eo miserunt, ducibus Pythodoro, Sophocle, Sostratidae filio, Eurymedonte.

Anno 424 a Chr. autem Siciliae oppidis Hermocrates Syracusanus persuasit ut pacem inter se facerent, quo facto Atheniensium classis Siciliam reliquit. ἐλθόντας δὲ τοὺς στρατηγοὺς οἱ ἐν τῇ πόλει Ἀθηναῖοι τοὺς μὲν Φυγῆ ἔζημισαν, Πυθέδωρον καὶ Σοφοκλέα, τὸν δὲ τρίτον, Εὐρυμέδοντα, χρήματα (χρήματ') ἐπράξαντο. Dubium esse non potest quin οἱ ἐν τῇ πόλει, qui duces condemnant, Athenienses sint, quare vocabulum Ἀθηναῖοι perperam additum esse mihi constat.

In talibus locutionibus non addi nomen proprium docent multi loci, e. g. Thuc. I. 24 § 3 οἱ.... ἐλύζοντο τοὺς ἐν τῇ πόλει, IV. 122 § 3 οἱ ἐν ταῖς νήσοις omissio vocabulo ὄντες (Krüg. Bruchst.), VIII. 98 § 2 λέγων ὡς καὶ οἱ ἐν τῇ πόλει.... ξυμβέβηκασι, VI. 51 § 2 τῶν ἐν τῇ πόλει πρὸς τὴν ἐκκλησίαν τετραμμένων. Cf. Xen. Hell. I. 1 § 20, II. 3 § 34.

Thuc. IV. 122 § 1 Brasidas cum Scionaeis, qui nuper ab Atheniensibus defecerant, Menden et Potidaeam tentare vult. Veniunt interea ad eum ex Atheniensibus Aristonymus, e Lacedaemoniis Athenaeus περιαγγέλλοντες industrias factas esse. Οἱ δὲ τῷ Βρασίδᾳ ἀναγγειλον τὴν ξυνθήκην. Verbum ἀναγγέλλειν renuntiare usurpatur apud Aeschylum de iis qui oraculum renuntiant, Prom. vs. 661

ἢκου δ' ἀναγγέλλοντες αἰολοστόμους (χρησμούς)

Legitur apud Euripidem, Iph. Taur. vs. 761

λόγῳ Φράσω τοι πάντ' ἀναγγεῖλαι φίλοις

verbis dicam tibi omnia ut amicis renuntiare possis,  
quo loco usurpatur de iis rebus cum Iphigeniae amicis communicandis quae in literis scriptae erant, ubi tamen ἀπαγγεῖλαι legendum esse monet Elmsleius.

De iis qui renuntiant dicitur praeterea Xen. Anab. I. 3 § 21 ἀνούσταντες δὲ ταῦτα (ταῦθ') οἱ αἵρετοὶ ἀναγγέλλουσι τοῖς στρατιώταις, ubi dicitur de iis qui Cyrum adierant eumque rogarerant quo Graecos ducturus esset. Eo autem loco V. Cl. Cobet verbum mutavit in ἀπαγγέλλουσι, ut ibid. § 19 δέ, τι δέ ἐν πρὸς ταῦτα λέγη ἀναγγεῖλαι resinxit in ἀπαγγεῖλαι. Cf. ibid. VI. 4 § 25.

Apud Thucydidem nusquam verbum ἀναγγέλλειν reperimus nisi hoc loco; ibi vero locus non est significationi renuntiandi et vocabulum usurpatum esse videmus eo sensu, quo ceteris locis ἀπαγγέλλειν usurpatur. Quocirca recipiendum esse mihi videtur quod Krügerus adscripsit ἀπήγγελλον, quo verbo Thucyrides usus est III. 4 § 1 καὶ οἱ Ἀθηναῖοι . . . ὡς ἔφρων, ἀπήγγειλαν μὲν οἱ στρατιγοὶ τὰ ἐπεσταλμένα.

Quae in illo capite mox sequuntur duobus vitiis inquinata esse puto. Verba sunt haec: ἀπαράσκευοι δὲ (δ') οἱ Μυτιληναῖοι καὶ ἔξαίφνης ἀναγκασθέντες πολεμεῖν ἔκπλουν μέν τινα (τιν') ἐποιήσαντο τῶν νεῶν ὡς ἐπὶ ναυμαχίᾳ διλγον πρὸ τοῦ λιμένος cett.. "Ἐκπλους est profectio navium, neque usquam nisi hoc loco Thucyrides addit τῶν νεῶν, quod plane supervacuum esse facile omnes mihi assentientur comparato Thuc. I. 65 § 1 ἔκπλουν ποιεῖται λαβὼν τὴν Φυλλακὴν τῶν Ἀθηναίων. Aberraverunt fortasse scribæ oculi ad ea quae mox sequuntur καταδιωκθέντες ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν νεῶν.

Non obstare videntur ea quae legimus Xen. Hell. II. 1 § 17 Λύσανδρος δ' ἐκ τῆς Ρόδου παρὰ τὴν Ἰωνίαν ἐκπλεῖ πρὸς τὸν Ἐλλήσποντον πρός τε τῶν πλοίων τὸν ἐκπλουν καὶ ἐπὶ τὰς ἀφεστηκυίας αὐτῶν πόλεις. Nam cum hic non universe de navibus sermo sit necessarium erat addi quas naves peteret Lysander. Videtur enim eo navigasse ut navibus onerariis suis liberum e Ponto exitum praestaret.

Vocabulum *ναῦς* multis locis male abundare docet V. Cl. van Herwerden, Studd. Thucc. pg. 92 et 96.

Alterum vitium inesse mihi videtur in vocabulo *ναυμαχίᾳ*. Thucydidem enim constanter in illa locutione Accusativo usum esse testantur loci quales sunt II. 85 § 2 οἱ . . . τὰς προϋπαρχούσας ἐξηρτύοντο (*ἐξηρτύονθ'*) ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν, I. 48 § 1 ἀνήγοντο (*ἀνήγονθ'*) ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν. Itaque vix credendum est eum hoc loco et VI. 34 § 5 ἐπὶ ναυμαχίᾳ scripsisse; quapropter etiam illis locis reponendum esse censeo ἐπὶ ναυμαχίαν. Cf. Xen. Hell. I. 1 § 12 et § 16.

Xen. Hell. I. 4 § 15<sup>1)</sup>) inducuntur Atheniensium nonnulli, qui Alcibiadem de iis quae exsul fecerat excusant, ratione habita miserrimae vitae condicionis qua tunc erat, cum necessitate cogeretur θεραπεύειν τοὺς ἔχθιστους, κινδυνεύων ἀεὶ παρ' ἡμέραν ἀπολέσθαι. Mirum in modum παρά hoc loco usurpatum esse videmus si alios locos conferimus. Παρά enim, ubi tempus

<sup>1)</sup> Secutus sum editionem quae, curante Ludovico Dindorfio, prodiit Lipsiae anno MDCCCLXXIV.

indicat, est per, ut Xen. Mem. II. 1 § 2 ὅπως μὴ τὰ τῆς πόλεως ἀπρακτα γίγνηται παρὰ τὴν ἐκείνου ἀρχήν et Isocr. Nicocl. § 24, ubi orator Carthaginienses et Lacedaemonios dicit οἵνοι μὲν δλιγαρχουμένους, παρὰ δὲ τὸν πόλεμον βασιλευούμενους. Cf. Plat. Phaed. 116. d, Rep. III. 412. d. Nostro tamen loco non tam dicitur Alcibiades per totum diem in periculo fuisse, quam quotidie, quod vero est καθ' ἡμέραν, ut Soph. Oed. Col. vs. 1364

ἄλλους ἐπαιτῶ τὸν καθ' ἡμέραν βλον.

Cf. Dem. adv. Neaer. ή ποῖ οὐκ ἐλήλυθεν ἐπὶ τῷ καθ' ἡμέραν μισθῷ; Fac tamen verba παρ' ἡμέραν illo sensu accipi posse, male abundare mihi videntur; nihil enim aliud dicunt quam quod per ἀεὶ indicatur. Quapropter integra Xenophontis verba esse iudico κινδυνεύων ἀεὶ ἀπολέσθαι, abiecto interpretamento, quod cognoscere possumus e perperam usurpata praepositione παρά.

Xen. Hell. I. 7 § 2 legimus post pugnam navalem ad Arginusas factam duo ex Atheniensem ducibus Athenas non rediisse. τῶν δὲ (δ') ἔξι καταπλευσάντων (sequuntur eorum nomina) Ἀρχέδημος ὁ τοῦ δῆμου τότε προεστικῶς ἐν Ἀθήναις καὶ τῆς διωβελίας ἐπιμελόμενος Ἐρασινίδης ἐπιβολὴν κατηγόρει ἐν δικαστηρίῳ cett.. Sex illi duces redeunt Athenas, ibi accusatur unus ex iis ab Archedamo, qui erat τοῦ δῆμου τότε προεστικῶς, qui simul erat τῆς διωβελίας ἐπιμελόμενος. Quis non intelligit illum δῆμου fuisse τὸν τῶν Ἀθηναίων? Fac tamen verba ἐν Ἀθήναις scripsisse Xenophontem, dixisset τοῦ ἐν Ἀθήναις. Itaque non puto quemquam mihi adversaturum esse delenti supervacuum ἐν Ἀθήναις.

In notissimo illo iudicio quod tum factum est, Euryptolemus pro reis verba facit. In oratione quam habuit Athenienses monuit ne leges violarent, quod facturi essent nisi statuissent ut singuli duces pro se quisque causam dicerent. Δεινὰ δὲ ἀν ποιήσατε (ποιήσαιτ), ait § 28, εἰ Ἀριστάρχῳ μὲν πρότερον τὸν δῆμον καταλύσοντι, εἴτα δὲ (δ') Οἰνόην προδιδόντι Θηβαῖοις πολεμίοις οὕσιν, ἔδοτε (ἔδοθ) ἡμέραν ἀπολογήσασθαι cett.. Aristarchus, ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα καὶ ἐκ πλείστου ἐγκυτίος τῷ δῆμῳ, decipit τοὺς ἐν τῇ Οἰνόῃ, dicens eos quoque qui in urbe erant de ceteris rebus cum Lacedaemoniis transegisse et oportere etiam illos locum illum Boeotiis tradere, ut docet nos Thuc. VIII. 90 § 1 et 98 § 2. Si quis proditione oppidum tradit, hunc hostibus id tradere, non amicis nemo est qui non statim intelligat. Oenoe oppidum Thebanis traditum est anno 411 a. Chr.; iudicium illud factum est anno 406 a. Chr. Nemo igitur Atheniensis ignorabat Thebanos illo tempore hostes fuisse. Quam ob causam πολεμίοις οὕσιν additamentum esse dixerim Atheniensibus qui Euryptolemum orantem audiebant non necessarium.

Xen. Hell. II. 1 § 28 Lysander necopinato Atheniensium classem petit, dispalatis illorum militibus. Κόνων δὲ (δ') ἤδην τὸν ἐπίπλουν, ἐτήμηνεν εἰς τὰς ναῦς βοηθεῖν κατὰ κράτος. Notum discriminem est inter κατὰ κράτος et ἀνὰ κράτος. Hoc Suidas explicat per μετὰ πάσης σπούδης, quo sensu legitur apud Xenophonem, Anab. I. 8 § 1 Πατηγύας ἀνὴρ Πέρσης.... προφάνεται ἐλαύνων ἀνὰ κράτος ἤδροις<sup>1)</sup> τῷ ἵππῳ et Anab. I.

<sup>1)</sup> Notum est verbum ἤδροιν Ionica dialecto habere ω, ubi Attica dialectus habet ου vel οι, ut Hom. Il. XI. 597

10 § 15 καὶ ὁ Λύκιος ἥλασέ τε καὶ κατίδων ἀπαγγέλλει ὅτι  
Φεύγουσιν ἀνὰ κράτος. Cf. Xen. Anab. I. 8 § 19 ἀνὰ κράτος  
διώκειν, ibid. IV. 3 § 20, § 21, § 22, Xen. Cyr. IV. 2 § 30,  
ibid. I. 4 § 23 et Bekk. Anecd. pg. 337 ἀγκράτος ἐλαύνω·  
εἴπει Ξενοφῶν κατὰ συγκοπήν, ἀντὶ τοῦ ἀνὰ κράτος. σὺ δὲ ἀμείνον  
ποιήσεις μὴ χρώμενος τῇ λέξει, ex quibus patet ἀγκρατῶν ἐλαύ-  
νουτα pg. 329 mutandum esse in ἀγκράτος.

Κατὰ κράτος contra est vi et iungitur cum verbo αἱρεῖν,  
ut Thuc. III. 97 § 2 ὅδε . . . ἔχωρει ἐπὶ (ἐπ') Αἰγαίου, καὶ  
κατὰ κράτος αἱρεῖ ἐπιών et Isochr. Paneg. 119 Κύθηρα δὲ κατὰ  
κράτος εἶλον; cf. Xen. Hell. VII. 1 § 28 καὶ Καρύας μὲν ἔξ-  
αιρεῖ κατὰ κράτος et Xen. Hell. II. 1 § 19 προσβαλόντες δὲ  
τῇ πόλει αἱροῦσι κατὰ κράτος. Dicitur etiam de violento im-  
perio, ut Thuc. VIII. 70 § 1 οἱ τετρακόσιοι . . . τὰ δὲ (δ')  
ἄλλα (ἄλλ') ἔνεμον κατὰ κράτος τὴν πόλιν et Thuc. III. 103  
§ 1 ὅσοι Σικελῶν κατὰ κράτος ἀρχόμενοι ὑπὸ Συρακοσίων αὐτοῖς  
ξυνεπολέμουν.

Quibus animadversis non pluribus verbis opus esse puto

*Νηλῆιαι ὑποι*

*Ιδρῶσαι, ἦγον δὲ Μαχάονα ποιμένα λαῶν.*

Hoc loco autem cum omnia MSS. habeant ιδροῦντι retinenda esse videtur  
forma, quae apud ceteros Atticos scriptores usitata est, licet fieri possit ut  
Ionica forma tuenda sit Hell. V. 5 § 7 ἵππεύς τις προσύλλαυνε καὶ μάλα (μάλ')  
ισχυρῶς ιδρῶντι τῷ ίππῳ. Nam eo loco optima MSS. habent ιδρῶντι, nec mi-  
randum est si uno altero loco illa forma usus est Xenophon, qui non raro  
formis Attica dialecto alienis usus est, cuius rei exempla sunt πέπαμαι pro  
κέπτημαι, μαστεύειν pro ζυτεῖν, ἀντίος pro ἐναντίος, ἐκεράσθην pro ἐκράζθην, φάσις  
pro φωτός, ὑποθημοσύνη pro συμβουλή, μαστήρ pro ζυτητής, ἐργαστήρ pro ἐργά-  
της multaque alia vocabula ex Ionica vel Dorica dialecto petita. Vid. Cob. Novv.  
Lectt. pg. 388, passim.

ut appareat nostro loco κατὰ κράτος mutandum esse in ἀνὰ κράτος, quem ad modum Xen. Anab. I. 8 § 19 ἐδίκουν κατὰ κράτος mutavit in ἀνὰ κράτος V. Cl. Cobet.

Quem citavi locum Thuc. III. 103 § 1, in eo vitium mihi videor deprehendisse. Narrantur ibi Athenienses, qui in Sicilia erant, Inessam, Siciliae oppidum cuius arcem Syracusani tenebant, agressi esse cum sociis Graecis καὶ δσοι Σικελῶν κατὰ κράτος ἀρχόμενοι ὅπὸ Συρακοσίων καὶ ξύμμαχοι ὕντες ἀποστάντες αὐτοῖς ἀπὸ Συρακοσίων ξυνεπολέμουν. Per se clarum est a quibus illi ξύμμαχοι defecerint; vocabula ἀπὸ Συρακοσίων mirum in modum seiunguntur a verbo ἀποστάντες quo pertinent, contra collocata sunt inter Dativum αὐτοῖς et verbum unde pendet Dativus ille. Itaque verba ἀπὸ Συρακοσίων interpolata esse suspicor.

Xen. Hell. II. 3 Therameni Critias obiicit quod semper eorum partes sequatur quorum in potestate rem publicam fore intelligat, cuius rei exempla nonnulla affert. Postquam illo modo graviter in Theramenem invectus est haec loquitur: δεῖ δέ (δ'), ὃ Θηράμενες, ἄνδραι τὸν ἀξιον ζῆν οὐ προάγειν μὲν δεινὸν εἶναι εἰς πράγματα τοὺς συνέντας, ἢν δέ τι ἀντικόπτῃ, εὖθὺς μεταβάλλεσθαι, ἀλλ' ὥσπερ ἐν νηὶ διαπονεῖσθαι, ἔως ἂν εἰς οὔρον καταστῶσιν· εἰ δὲ μή, πῶς ἀν ἀφίκοιντό ποτε (ποτ') ἔνθα δεῖ, εἰ ἐπειδάν τι ἀντικόψῃ, εὖθὺς εἰς τάναντία πλέσειν (§ 31). Dicit igitur boni viri esse, si quid' adversi acciderit luctari et summa ope niti ut res in melius restituatur, sicut nautae faciunt, post quae verba addit: nisi hoc facerent, quomodo unquam pervenirent quo tendunt? Nota ellipsi εἰ δὲ μή saepissime utuntur Graeci; cuius rei exempla addam duo: Xen.

Anab. VII. 7 § 17 Ἡμεῖς τοίνυν, ἔφασαν οἱ Λάκωνες, ἀπίστιμεν ἀν δόπτε τὸν μισθὸν ἔχοιεν οἱ ταῦτα (ταῦθ') ἡμῖν καταπράξαντες· εἰ δὲ μή, ἐρχόμεθα μὲν καὶ νῦν βοηθήσοντες τούτοις καὶ τιμωρησόμενοι ἄνδρας οἱ τούτους παρὰ τοὺς δροκούς ἡδίκησαν, quo loco non additur τὸν μισθὸν ἔχουσι vel simile quid.

Alter locus est ibid. § 19 ἐκέλευε δὲ μάλιστα μὲν αὐτῷ τῷ Λάκωνε ἐλθεῖν παρὰ Σεύθην περὶ τοῦ μισθοῦ, καὶ οἴεσθαι ἀν Σεύθην πεῖσαι· εἰ δὲ μή, Ξενοφῶντα σὺν αὐτῷ πέμψειν, καὶ συμπράξειν ὑπισχνεῖτο, ubi nullo verbo explicantur vocabula εἰ δὲ μή.

Quibus observatis nemo non sentiet in Critiae oratione post εἰ δὲ μή, πῶς ἀν ἀφίκοιντό ποτε (ποτ') ἔνθα δεῖ omittenda esse verba εἰ ἐπειδάν τι ἀντικόψῃ, εὐθὺς εἰς τάναγτία πλέοιεν. Magnam partem ex iis quae praecedunt adscripta esse ea verba veri simile est, ut explicarent εἰ δὲ μή.

Tali modo additamentum e margine in textum illatum esse dixerim Xen. Anab. V. 7 § 29 Ζήλαρχος μὲν ὁ ἀγορανόμος εἰ μὲν ἀδικεῖ, οἴχεται ἀποπλέων οὐ δοὺς ὑμῖν δίκην· εἰ δὲ μὴ ἀδικεῖ, Φεύγει ἐκ τοῦ στρατεύματος δεῖσας μὴ ἄκριτος ἀποθάνῃ, ubi post εἰ δὲ μὴ annotatiunculam esse ἀδικεῖ facile mihi datum iri credo. Cf. Lys. de caed. Erat. § 21, ubi Euphiletus, postquam ἡ θεράπαινα eum certiorem fecit, uxorem eius stupri consuetudinem facere cum Eratosthene, haec imperat: ὅπως τοίνυν ταῦτα μηδεὶς ἀνθρώπων πεύσεται· εἰ δὲ μή, οὐδέν σοι κύριον ἔσται τῶν πρὸς ἔμ' ὀμολογημένων, § 36 οὕτοι τοίνυν περὶ τῶν τοιούτων τοῖς ἀδικουμένοις τοιαύτην δίκην λαμβάνειν παρακελεύονται. οἵς ὑμᾶς ἀξιῶ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν· εἰ δὲ μή, τοιαύτην ἀδειαν τοῖς μοιχοῖς ποιήσετε cett., § 47 ἐγὼ.... οὐκ ἴδιαν ὑπὲρ ἔμαυτοῦ νομίζω ταῦτην γενέσθαι τὴν τιμωρίαν· οἱ γὰρ τοιαύτα πράττοντες.... ἥπτον.... ἔξαμαρτήσονται, ἐὰν καὶ ὑμᾶς δρῶσι τὴν

αὐτὴν γυάμην ἔχοντας, εἰ δὲ μή, πολὺ κάλλιον τοὺς μὲν πειρέ-  
νους νόμους ἐξαλεῖψαι cett. et Eur. Andr. vs. 242

καλῶς γε χρωμέναισιν εἰ δὲ μή, οὐ καλῶ.

Xen. Hell. III. 2 Aracus, Naubates et Antisthenes, Lacedaemoniorum legati, qui in Asiam venerant ut viderent quomodo ibi res se haberent, Lampsaci coenant cum Dercylida, qui exercitui praeerat. Inter coenam unus ex iis narrat reliquise se Lacedaemone legatos, missos ab iis qui Chersonesum incolebant, qui quererentur illam regionem a Thracibus vexari (§ 8). Dercylidas autem quod in animo habebat dissimulavit; postquam vero cum Pharnabazo iterum indutias fecit, διαβαίνει τὸν Ἐλλήσποντον σὺν τῷ στρατεύματι εἰς τὴν Εὔρωπην, καὶ διὰ Φιλικῆς τῆς Θράκης πορευθεὶς καὶ ξενισθεὶς ὑπὸ Σεύθου ἀφικνεῖται εἰς Χερρόνησον. Qui situm locorum novit mecum intelligere non poterit quomodo fieri possit ut Dercylidas, Hellesponto traecto, per Seuthae regis fines iter faciens, in Chersonesum pervenerit. Nam si Hellespontum exercitum traduxit statim in Chersonesum illum advenisse necesse est. Itaque vocabula τὸν Ἐλλήσποντον expellenda esse mihi persuasum est, quamquam non video cur longam illam viam per Seuthae fines iverit, cum ei liceret Lampsaco profecto statim eo pervenire, quo tendebat.

Xen. Hell. III. 2 § 11 Dercylidas ἐπισκοπῶν τὰς πόλεις  
εῦρε τὰς μὲν ἄλλας<sup>1)</sup> καλῶς ἔχοντας, Χίων δὲ Φυγάδας Ἀταρνέα

<sup>1)</sup> Adscripti locum ex recensione V. Cl. Cobet.

ἔχοντας χωρίου ἰσχυρόν, καὶ ἐκ τούτου ὀρμωμένους Φέροντας καὶ ἀγοντας τὴν Ἰωνίαν, καὶ ζῶντας ἐκ τούτου. Qui victum sibi parant ex aliqua re dicuntur ζῆν ἀπό τινος, βίον ἔχειν ἀπό τινος, τρέφεσθαι ἀπό τινος non ἐκ τινος. Demonstrant hoc multi loci, v. c. Herod. IV. 22 ζῶσι δὲ (δ') ἀπὸ θύρης, ibid. 46 ζῶντες μὴ ἀπ' ἀρέτου ἀλλ' ἀπὸ κτήνεων, ibid. 103 ζῶσι δὲ (δ') ἀπὸ λῃστῆς τε καὶ πολέμου, Xen. Anab. V. 5 § 1 ὁ βίος ἦν τοῖς πλειστοῖς αὐτῶν ἀπὸ σιδηρείας. Cf. Xen. Hell. II. 1 § 1. Quam ob rem hoc loco scribae oculos aberrasse existimo et ex iis quae praecedunt male repetita esse εἰκ., quod in ἀπὸ mutandum erit.

Xen. Hell. III. 2 § 20 inter Dercylidam, Tissaphernem et Pharnabazum convenit ut pax fiat inter Lacedaemonios et Persarum regem his condicionibus ut hic Graeca oppida libera esse velit, Lacedaemoniorum autem exercitus Persarum fines relinquant eorumque harmostae ex oppidis exeant. ταῦτα δὲ εἰπόντες ἀλλήλοις σπουδὰς ἐποιήσαντο (ἐποιήσανθ'), οἵτις ἀπαγγελθεὶς τὰ λεχθέντα Δερκυλίδᾳ μὲν εἰς Λακεδαιμονια, Τισσαφέρνει δὲ (δ') ἐπὶ βασιλέα. Nemo ignorat quam saepe pro πρός alia praepositio a librariis scripta sit. Commutantur ἀπό, κατά, ὡς cum πρός, quoniam illarum praepositionum notae non multum inter se differunt. Nonnunquam enim scribae intelligentes sensum praepositionem requirere, ignorantest tamen quae sit illa praepositio, primam quamque ponunt, quae cum sensu pugnare non videatur, quo factum est ut saepe εἰς, ἐπὶ et παρά inter se permutatae sint. Cuius rei exempla permulta nobis afferens V. Cl. Cobet Thuc. V. 4 § 5 ὁ δὲ Φαλαξ οὐκέτι (οὐκέτ') ἐπὶ τοὺς ἄλλους ἔρχεται legendum esse πρὸς τοὺς ἄλλους

docet hisce verbis: „Phaeax legatus veniebat, non hostis, itaque πρὸς τοὺς ἄλλους recipiendum est, quod in Vossiano codice est superscriptum”. Cf. Varr. Lectt. pg. 272. sqq.. Quae si tenemus nostro loco ἐπὶ maximam suspicionem movere debet, quae non minuitur si alios locos inspicimus, ubi eodem modo ἀπαγγέλλειν usurpat. Reperimus enim illud iungi cum praepositione πρὸς vel cum Dativo, si homo quidam de aliqua re certior fiat. Cuius rei exempla sunt Xen. Anab. II. 3 § 4 ἀνδρες . . . οἵτινες ἵκανοι ἔσονται τὰ τε παρὰ βασιλέως τοῖς Ἐλλησι ἀπαγγεῖλαι καὶ τὰ παρὰ τῶν Ἐλλήνων βασιλεῖ. δ' ὁ ἀπεκρίνατο. Ἀπαγγέλλετε τούνυν αὐτῷ cett. et ibid. VI. 3 § 22 ταῦτα (ταῦτ') ἀπαγγέλλουσι πρὸς τὸν Εενόφῶντα καὶ τὸ στράτευμα. His perpensis nostro quoque loco legendum esse puto πρὸς βασιλέα.

E contrario praepositionem πρὸς male inveniri existimo Lys. de caed. Erat. § 19. Ibi Euphiletus narrat se, cum certior factus esset se ab uxore decipi, ancillam interrogavisse. Haec tamen nihil aperuit. Ἐπειδὴ δ' ἐγὼ ἐμνήσθην, in iudicio inquit accusatus, Ἐρατοσθένεις πρὸς αὐτὴν, καὶ εἶπον δὲτος ὁ Φοιτᾶν εἴη πρὸς τὴν γυναῖκα, ἐξεπλάγη cett..

Φοιτᾶν, ventitare usurpatur de iis qui aliquo venire solent, ut pueri nota locutione ἐξ διδασκάλου Φοιτᾶν dicuntur, v. c. Aristoph. Eqq. vs. 1235

παῖς ἀν ἐΦοιτᾶς ἐξ τίνος διδασκάλου;

cf. Herod. I. 37 τὰ κάλλιστα πρότερόν κοτε καὶ γενναιότατα ἥμεν ἦν ἐξ τε πολέμους καὶ ἐξ ἄγρως Φοιτέοντας εὐδοκιμέειν . . . νῦν τε τέοισι με χρὴ δύμασι ἐξ τε ἀγορῆν καὶ ἐξ ἀγορῆς Φοιτέοντα φαίνεσθαι; Ac non solum de personis sed etiam de

rebus hoc verbum usurpari probant loci non pauci, quales sunt Xen. Hell. I. 1 § 35 εἰ μή τις σχῆσαι καὶ οὗσιν ὁ κατὰ θάλατταν σῖτος Φοιτᾶ, Herod. III. 115 ἐξ ἐσχάτης δ' ᾧ τε παστίτερος ἡμῖν Φοιτᾶ καὶ τὸ ἥλεκτρον et V. 17 πρῶτα μὲν γὰρ ἔχεται τῆς λίμνης τὸ μέταλλον, ἐξ οὗ ὕστερον τούτων τάλαντον ἀργυρίου Ἀλεξάνδρῳ ἡμέρης ἐκάστης ἐφοίτα. Cf. Herod. VII. 23 et 126.

Φοιτᾶν παρ' ἄνδρα autem verecunde dicitur mulier, quae virum ad se admittit. Testatur hoc Herod. II. 111, ubi Pheroni, Sesostridis filio, Aegyptiorum regi, oraculum praeditum illum oculorum usum recuperaturum esse, si oculos laverit γυναικὸς σύρω, ητις παρὰ τὸν ἐκατῆς ἄνδρα μοῦνον πε-φοίτηκε, ἄλλων ἄνδρῶν ἐοῦσα ἀπειρος. Testimonio etiam est Herod. IV. 1 αἱ γὰρ τῶν Σκυθέων γυναικες, ἃς σφι οἱ ἄνδρες ἀπῆσαν χρόνον πολλόν, ἐφοίτεον παρὰ τοὺς δούλους. De viro, qui tali consilio ad mulierem ventitat, verbum usurpatum in eiusdem orationis § 15, ubi Eratosthenes ille dicitur μοιχεῦσαι aliam mulierem, quae postea irascebatur illi ὅτι οὐκέτ' ὅμοιας ἐφοίτα παρ' αὐτὴν. Quem locum si conferimus cum iis quae § 19 legimus, dubium non esse videtur quin ibi quoque παρὰ τὴν γυναικα legendum sit; facile autem quod praecedit πρός hoc loco perperam iteratum esse potest.

Xen. Hell. VII. 1 § 25. Ὁπου δὲ βουληθεῖν ἐξελθεῖν, οὐ νῦν, οὐ χειρῶν, οὐ μῆκος ὁδοῦ, οὐκ ὅρη δύσβατα (δύσβατ') ἀπ-εκάλυψεν αὐτούς. Si hoc loco ὅπου significare debet locum quo vellent egredi, sine dubio legendum erit ὅποι cett.. Verbis enim movendi vim habentibus adverbia ποῦ, που, ἐκεῖ, alia

accommodata non esse monet Phryn. pg. 45 Lob. ποῦ ἀπει; ἀμάρτημα. Requirunt enim ποῖ, ποι, ὅποι, ἐκεῖσε. Notissimae rei cum non opus sit multa exempla dare, duo tantum affiram: Xen. Anab. I. 9 § 13 ὁστ' ἐν τῇ Κύρου ἀρχῇ ἐγένετο.... ἀδεῶς πορεύεσθαι ὅποι τις ἥθελεν cett. et Soph. Phil. vss. 896 et 897

ποῖ ποτ' ἔξεβης λόγῳ;  
οὐκ οἴδ' ὅποι χρὴ τάπορον τρέπειν ἔπος.

In loco tamen citato ὅποι non significare locum sed tempus quo exirent puto.

Iunguntur talia adverbia non solum cum verbis, quae ipsum motum indicant, sed etiam cum iis, quibus quiescendi vis est, ubi ante quietem motum factum esse indicatur, qualia sunt καθεστάναι, ἀπεῖναι, ἀποδημεῖν simm., ut Soph. Oed. Col. vs. 23

ἔχεις διδάξαι δῆ μ' ὅποι καθέσταμεν; <sup>1)</sup>

Quibus perspectis vix dubitari potest quin ad hanc normam corrigendum sit quod legimus Soph. Phil. vs. 161

ποῦ γὰρ ὁ τλήμων αὐτὸς ἀπεστιν;

Nam cum ἀπεστιν eodem sensu usurpatum sit, quo verba quae modo nominavi, legendum esse puto


ποῖ γὰρ ὁ τλήμων αὐτὸς ἀπεστιν;

Xen. Hell. VII. 5 § 8 Epaminondam Xenophon laudat quod τὸ στρατόπεδον ἐν τῷ τείχει τῶν Τεγεατῶν ἐποιήσατο (ἐποιήσατ'), ἐνθ' ἐν ἀσφαλεστέρῳ τ' ἦν ἢ εἰ ἔξω ἐστρατοπεδεύετο καὶ


---

<sup>1)</sup> De talibus verbis V. Cl. Cobet, Varr. Lectt. pg. 84, haec dicit: „nimium patienter omnes et Bekkerus 10. 3. 2. tulerunt ποῦ ἀπελήλυθε..., Nil mali suspicantur 1. 11. κἄν που ἀποδημῆς et in παραβύσῃς που 34. 24.”

*τοῖς πολεμίοις ἐν ἀδηλοτέρῳ ὅ τι πράττοι.* Neminem esse credo qui non statim intelligat si tutius esse dicatur *ἐν τῷ τείχει στρατόπεδον ποιήσασθαι*, iis ipsis verbis auctorem dicere minus tutum esse *ἔξω στρατοπεδεύεσθαι*. Quam ob rem οὐ εἰ *ἔξω ἐστρατοπεδεύετο* male addita esse putaverim, ut responderet aliquid iis quae sequuntur ὅ τι πράττοι.



T H E S E S.



## THESES.

---

### I.

Herod. II. 111: ἄλλων ἀνδρῶν ἐοῦσα ἀπειρος. Lege ἄλλου ἀνδρὸς.

### II.

Xen. Anab. I. 1 § 4: Παρύσατις μὲν δὴ ἡ μάτηρ ὑπῆρχε τῷ Κύρῳ cett.. Delenda sunt verba ἡ μάτηρ.

### III.

Xen. Anab. I. 3 § 14: ὅπως μὴ Φθάσωσι μήτε Κῦρος μήτε (μήθ') οἱ Κίλικες καταλαβόντες, ὃν πολλοὺς καὶ πολλὰ χρήματα ἔχομεν ἡρπακότες. Corrigendum est: ὅπως μὴ Φθήσονται; eiicendum est χρήματα.

### IV.

Xen. Anab. I. 4 § 18: οἱ δὲ Θαψακηνοὶ ἔλεγον ὅτι οὐπώποθ'

οὗτος ὁ ποταμὸς διαβατὸς γένοιτο πεζῇ εἰ μὴ τότε, ἀλλὰ πλοοῖσι  
ἀ τότε (τότε) Ἀβρωπόμας προὶών κατέκαυσεν, ἵνα μὴ Κῦρος διαβῇ.

Expungenda sunt verba εἰ μὴ τότε et ἵνα μὴ Κῦρος διαβῇ.

## V.

Xen. Anab. I. 5 § 3: πολὺ γὰρ ἀπεσπάτο Φεύγουσα, τοῖς  
μὲν ποσὶ δρόμῳ, ταῖς δὲ πτέρυξιν αἱρουσα, ὥσπερ ἴστιφ χρωμένη.

Legendum esse censeo: πολὺ γὰρ ἀπεσπάτο Φεύγουσα τοῖς  
μὲν ποσί, ταῖς δὲ πτέρυξιν ὥσπερ ἴστιφ χρωμένη.

## VI.

Xen. Anab. I. 7 § 3: εὖ γὰρ ἴστε (ἴσθ) ὅτι τὴν ἐλευθερίαν  
ἐλοίμην ἀν ἀνθ' ᾧν ἔχω πάντων καὶ ἄλλων πολλαπλασίων.

Mutandum est ᾧ in ὅσων.

## VII.

Xen. Anab. I. 7 § 5: ἐνταῦθα Γαυλίτης παρὼν Φυγὰς Σά-  
μιος, πιστὸς δὲ Κύρῳ, εἶπε, Καὶ μὴν, ὡς Κῦρε, λέγουσί τινες ὅτι  
πολλὰ (πόλλα) ὑπισχνεῖ νῦν διὰ τὸ ἐν τοιούτῳ εἶναι. ἀν δ' εὖ  
γένηται τι, οὐ μεμνήσθαι σέ Φασιν. ἔνιοι δ' οὐδὲ εἰ μεμνῆσθαι  
καὶ βούλοιο δύνασθαι ἀποδοῦναι ὅσα ὑπισχνεῖ.

Post νῦν inserendum est μὲν.

Delenda sunt verba τι et ὅσα ὑπισχεῖ.

## VIII.

Xen. Anab. I. 9 § 11: καὶ εὐχὴν δέ τινες αὐτοῦ ἐξέφερον  
ὡς εὔχοιτο τοιοῦτον χρόνον ζῆν ἔστε νικῶν καὶ τὸν εὖ καὶ τὸν  
κακῶν ποιοῦντας [ἀλεξόμενος].

Deleatur vocabulum uncinis inclusum.

## IX.

Xen. Anab. I. 10 § 4: ἐνταῦθα διέσχον ἀλλήλων βασιλεύς τε καὶ οἱ Ἑλληνες ὡς τριάκοντα στάδια, οἱ μὲν διώκοντες, οἱ δὲ ἀρπάζοντες ὡς ἡδη πάντες νικῶντες.

Legendum est: δὲ διαρπάζοντες.

## X.

Xen. Anab. II. 4 § 1: Μετὰ ταῦτα περιέμενον Τισσαφέρυνην οἵ τε (θ') Ἑλληνες καὶ ὁ Ἀριαῖος ἐγγὺς ἀλλήλων ἐστρατοπεδεύμενοι ἡμέρας πλείους ἢ εἴκοσιν.

Corrigatur: πλεῖν ἢ εἴκοσιν.

## XI.

Xen. Anab. II. 4 § 8: Ἐν δὲ τούτῳ ἦκε Τισσαφέρυνης ἔχων τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν.

Textu movendum est ultimum vocabulum.

## XII.

Xen. Anab. II. 5 § 38: ὅμας δὲ βασιλεὺς τὰ ὅπλα (θῶπλ') ἀπαιτεῖ· ἑαυτοῦ γὰρ εἶναι Φησιν, ἐπείπερ Κύρου ἥσαν τοῦ ἐκείνου δούλου.

Corrigendum est: ἦν.

## XIII.

Isoerat. Areop. § 46: Καὶ ταῦτα νομοθετήσαντες οὐδὲ τὸν λοιπὸν χρόνον ἀλιγάρουν, ἀλλὰ διελόμενοι τὴν μὲν πόλιν κατὰ κώμας, τὴν δὲ χώραν κατὰ δῆμους, ἐθεώρουν τὸν βίον τὸν ἐκάστου.

Ἐθεώρουν mutandum esse puto in ἐφεώρων.

## XIV.

Isoerat. Euag. § 60: οὗτος δ' οὖν ἀρμησεν, ὥστ' εἰς τὸν στρατεῖαν ταύτην πλέον ἢ τάλαντα πεντακισχίλια καὶ μυρία κατηνάλωσεν.

Legendum est: πλεῖν ἢ τάλαντα cett..

## XV.

Demosth. adv. Neaer. § 4: δμωμοκὼς δὲ τὰ βέλτιστα βουλεύσειν τῷ δῆμῳ τῷ Ἀθηναῖων cett. scripsisse videtur: τὰ βέλτιστα συμβουλεύσειν cett..

## XVI.

Demosth. adv. Neaer. § 10: καὶ ἔλεγε τὸν δίκην Στέφανος οὗτος διομοσάμενος, ὡς ἔκτεινεν Ἀπολλόδωρος τὸν γυναικα (γυναῖς) αὐτοχειρίᾳ cett..

Legatur: ἔλαχε τὸν δίκην.... ἀπέκτεινεν cett..

## XVII.

Arist. Pol. IV. 12 (Tauchn.): Τοῦτο δὲ συμβαίνειν εἴωθεν, ὅταν εὑπορίᾳ τις ἢ ἢ μισθὸς τοῖς ἐκκλησιάζουσι.

Legendum esse censeo: ὅταν εὑπορίᾳ τις ἢ μισθοῦ cett..

## XVIII.

In Beck. Anecd. pg. 290 l. 8 editur: οἱ περὶ τὰς ἐκκλησίας Ἀθήνησι (Ἀθήνησι) διοικοῦντες πρόεδροι ἐκαλοῦντο cett..

Corrigatur: οἱ τὰ περὶ τὴν ἐκκλησίαν cett..

## XIX.

In notissima illa grammaticorum regula: „Adiectiva dignus et idoneus cum pronomine relativo et subsequenti coniunctivo iungi possunt” perperam etiam adiectivum aptus a nonnullis grammaticis adiungitur.

## XX.

Terent. Hautontim. vs. 240

Dum moliuntur, dum conantur, annus est  
cum Martino legendus est:

Dum poliuntur, dum comuntur, annus est.

## XXI.

Apud Ciceronem, Cat. M. cap. XVI § 58: „id ipsum utrum libebit” melius cum Nauckio legatur: id ipsum ut cumque libebit.

## XXII.

Nep. Dat. 8 § 1: Haec etsi Autophradates videbat, tamen statuit congregri quam cum tantis copiis refugere aut tam diu uno loco sedere.

Difficultas quae in his verbis inest removenda est legendō maluit.

## XXIII.

Nep. Att. 11 § 9: Neque tamen ille prius fortunam quam se ipse finxit, qui cavit, ne qua in re iure plecteretur.

Legendum esse puto caverit.

## XXIV.

Liv. II. 33 § 7 (Weissenb.): Marcius . . . cum delecta militum manu non modo impetum erumpentium retudit, sed per patentem portam ferox irrupit caedeque in proximo urbis facta ignem temere abreptum imminentibus muro aedificiis iniecit.

Pro in proximo legendum est in pomoerio.

## XXV.

Iuvenal. Sat. I. vs. 27 :

Crispinus Tyrias umero revocante lacernas  
revocante mutandum est in removente.

## XXVI.

Cicero (De Nat. Deor. II. C. 7) dwaalt Q. Lucilius Balbus deze woorden doende spreken : „atqui certe nihil omnium rerum melius est mundo, nihil praestabilius, nihil pulcrius: nec solum nihil est, sed ne cogitari quidem quidquam melius potest. Et, si ratione et sapientia nihil est melius, necesse est haec inesse in eo, quod optimum esse concedimus.”

## XXVII.

Te recht zegt A. Schwegler (Gesch. d. Phil. i. U. pag. 2): Eine absolute, vollendete Philosophie gibt es also so wenig als eine vollendete Empirik. Vielmehr existirt die Philosophie nur in der Form verschiedener aufeinanderfolgender Zeitphilosophieen.

## XXVIII.

Behartigenswaardig zijn de woorden van G. Thaulow (zie

Gids 1864. Mei. pag. 244): „wilt gij een sterk, gezond, schoon geslacht, dat in de mannelijke jaren iets groots tot stand brengt, dan moet gij in de eerste plaats eerbied hebben voor de physische wetten, die de geestelijke ontwikkeling van het menschenkind determineren.”

## XXIX.

Niet noodzakelijk en een groot volk onwaardig was de wijze, waarop de Romeinen zich na den slag bij Pydna tegen de Rhodiërs hebben gedragen.

## XXX.

Ten onrechte wordt Pompeius door Mommsen (Röm. Gesch. III. pg. 192 en vg. 5<sup>e</sup> Aufl.) berispt omdat hij zich niet van de alleenheerschappij wilde meester maken.

## XXXI.

Onjuist zijn de woorden van Mommsen (Röm. Gesch. III. pg. 210 5<sup>e</sup> Aufl.): Gallien aber hat er (Caesar) nicht als Parteimann erobert.

## XXXII.

De ban door Koning Philips tegen Prins Willem I in 1580 uitgevaardigd was onwettig.

## XXXIII.

Sp. Hist. II<sup>e</sup> Partie, Boek VII, Hoofdst. 13 vs. 125 vg.

Du heefs mi, enen quaden cnecht

Teenen ewelike (eweliken) oere berecht.

moet de Aant. der uitgevers: Lees naar de Variant erfliken vervallen.

## XXXIV.


Vlaemsche Rijmkronijk (Kansler, Denkmäler Dl. I) vs. 3640 :


Die Joden ze lieten niet das,  
Dat Jhesus Christus hare Heere was.

In den eersten regel verandere men lieten in lied'en.

---







18  
Ut